VIII. Salutant te episcopi, Onesimus, Vitus, Damas, Polybius et omnes qui sunt Philippis, in Christo, unde et tibi scripsi. Saluta Deo decens presbyterium. Saluta sanctos condiaconos tuos: quibus ego fruor in Christo, et corpore et spiritu. Saluta populum Domini nominatim, a parvo usque ad magnum: quos commendo tibi, ut Moses Jesu post se duci exercitus³⁵. Nec grave tibi videatur quod dictum est. Etsi enim non sumus tales, quales illi: verum optamus tales fieri; quandoquidem et Abrahamæ filii sumus. *Esto itaque fortis, o Hero, ut heroem ac virum decet.* Nam tu *induces et educes*³⁶ posthac populum Domini, qui est Antiochiæ: *et non erit Synagoga Domini, sicut oves quibus non est pastor*³⁷.

IX. Saluta Cassianum hospitem meum, et pudicissimam ejus conjugem, charissimosque eorum liberos: quibus *det Deus invenire misericordiam a Domino in illa die*³⁸, propter officium et ministerium erga nos: quos et commendo tibi in Christo. Saluta nominatim omnes fideles qui sunt Laodiceæ, in Christo. Eos qui Tarsi sunt ne negligas: verum studio magis continuo illos respice et visita, confirmans eos in Evangelio. Marim episcopum Neapoleos quæ est prope Anazarbum, saluta in Domino. Saluta quoque honestissimam Mariam filiam meam, eruditissimam, *et quæ in domo ejus est Ecclesiam*³⁹, pro qua ego devovear; quæ specimen est piarum feminarum. Incolumem te et in omnibus probatum, Pater Christi per suum Unigenitum custodiat ad longissimum vitæ spatium, in Ecclesiæ Dei utilitatem. Vale in Domino, atque ora ut consummer.

cujus supra in *Epistola ad Polycarpum* facta est mentio: alia hæc in Cilicia, ad Pyramum fluvium sita, Ptolemæo (libro v, *Geograph.*, cap. 12) Κρισάρεια πρὸς Ἀναζαρβῶ appellata. IBI.

(41) Τὴν πολυμαθεστάτην. Anglican. « multumode eruditissimam. » Vel vulgat. « quæ est multum » (ita enim habent ms., non, « abunde, » ut editi) « doctissima. » IBI.

(42) Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῆς Ἐκκλησίαν. Clausula hæc quæ, ex Coloss. iv, 15, desumpta in utroque etiam Latino interprete habetur, a Græco Nydrucciano abest. IBI.

(43) Ἦς ἀντίψυχον γεννίμην. Anglican. « cui consimilis animæ flam. » Vet. vulgat. « quæ facta est mihi pro anima mea, » licet postrenum hoc pronomen in mss. non invenerim. Vid. Prolegomen. cap. 5.

(44) Τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Anglican. « Ecclesiæ Christi. » Vet. vulgat. « Ecclesiæ suæ, » sic enim habet codex Magdalenensis; licet in aliis desit, « suæ. » IBI.

(45) Ἴνα τελειωθῶ. Anglican. « ut perficiar » Vet. vulgat. « ut consummer, » ita enim legunt Magdalenensis et Petavianus mss. non, ut alii, « ut consummem. Amen. »

EJUSDEM

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

AD PHILIPPENSES.

De baptisate.

Ignatius, qui et Theophorus, Ecclesie Dei, misericordiam consecuta, in fide et tolerantia, et charitate non ficta, quæ est Philippis: misericordia et pax a Deo Patre, et Domino Jesu Christo « qui est salvator omnium hominum, maxime fidelium. »⁴⁰

I. Memores charitatis vestrae, propensi in Christo animi; quæ erga nos declarastis; decere existimavimus, ut scriberemus ad charitatem vestram, erga fratres benevolam, quæ ad Deum et animam pertinet; et commonefaceremus vos de cursu vestro in Christo, ut id ipsum dicatis omnes, unanimem, id ipsum sentientes, in eadem fidei regula per-

³⁹ deest in vet. edit. ⁴⁰ I Tim. iv, 10. ⁴¹ ms. αυτό.

(46) Hanc ex omnibus Ignatio ascriptis epistolis unicam, in ea epistolarum Sylloge qua noster usus est interpres prætermittam fuisse, initio 12 Prolegomenorum nostrorum capituli declaravimus; simulque tum in eo, tum in duobus subsequentibus capitulis, descriptionis hujus et cum pseudo-Clementinis Constitutionibus consensionem et a Clementinorum atque Ignatianorum temporum rationibus disensionem, pluribus explicavimus. Quibus et doctissimi Grotii censuram jam adjicimus, ex adnotationibus in Matth. xxvii, 5, petitam: « Qui eam epistolam cum judicio leget, facile deprehendet dictionem et χαρακτήρα του λόγου floridiorem quam est Ignatii. Nimirum scripsit ad Philippenses Ignatius, ut Polycarpus meminit. Sed cum ea epistola non existeret, alia supposita est. Quare nec Theodoretus, nec Hieronymus, nec Rufinus hanc agnoscunt. »

Polycarpi tamen auctoritatem illam premit hic Mæstræus. « Polycarpus ipse (inquit) vir apostolicus, expressum illius quæ ad Philippenses legitur, in suis ad illos litteris reddit testimonium. » Atqui vero singularem illam « quæ ad Philippenses legitur » epistolam, ne vulgatus quidem Latinus Polycarpi interpres (qui non Mæstræum solum, sed etiam perspicacissimum Grotium decepit) sed epistolas numero plures hic expressit: neque ullius omnino epistolæ ab Ignatio ad Philippenses transmissæ genuinus Polycarpus omnino meminit. Ubi enim in vulgato illius interprete « epistolas Ignatii quæ transmissæ sunt vobis, » legimus: « nobis, » pro « vobis, » substituendum esse constat, « secundum Eusebii lectionem, eandemque legitimam, et antiquioribus Græcis codicibus magis consentientem; » ut etiam ad ann. 109, § 19, confitetur Baronius. De quo vidend. Prologomen. noster cap. 2, et not. in ipsam Polycarpi ad Philippenses epistolam.

Itaque Polycarpi auctoritate, ut supervacanea, hic ommissa, non ignotam fuisse antiquis hanc sanctissimi martyris ad Philippenses epistolam ex duobus locis inde desumptis concludit P. Halloixius (*Apolog. pro scriptis Ignatii*, cap. 3, p. 453); altero ab Origene, homilia 6 in *Lucam*, producto; altero ab Anastasio presbytero, in *Eloge χρηστων των δογματικων*, cap. 14, a Jacobo Sirmundo ipsi communicato. Quod posterius de Anastasio, ego quidem facile admiserim; utcumque *Ignatius Θεοφόρος*, ex τῆς ἐπιστολῆς πρὸς τοὺς ἐν Τάρσῳ nominatus hic ab eo reperitur; antiquioribus vero illis Origenis temporibus commentitiam hanc epistolam fuisse co-

ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ (46).

Περὶ βαπτίσματος³⁹ (47).

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ ἐλεγμένη, ἐν πίστει καὶ ὑπομονῇ, καὶ ἀγάπῃ ἀποκρίτων, τῇ οὐσῇ ἐν Φιλίπποις, ἔλκος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ (48) Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, « ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν. »

I. Μνημονεύοντες τῆς ἀγάπης ὑμῶν καὶ τῆς ἐν Χριστῷ σπουδῆς, ἣς ἐνεδείξασθε εἰς ἡμᾶς, πρέπον (49) ἡγησάμεθα γράψαι πρὸς τὴν φιλάδελφον ὑμῶν κατὰ Θεὸν ψυχικὴν ἀγάπην, ὑπομνησκαίον (50) ὑμᾶς τοῦ ἐν Χριστῷ ὑμῶν ὁδοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, σύμφυτοι, τὸ⁴¹ ἐν φρονούντες, τῷ αὐτῷ κανόνι τῆς πίστεως στοιχοῦντες (51), ὡς Παῦλος ὑμᾶς ἐνου-

gnitam, prorsus pernego. Ab Origene enim citatus locus [« Principem sæculi hujus latuit virginitas Mariæ, »] in Ignatii ad Ephesios epistola, αὐτολεξεί hodieque legitur: « Ἐλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, cum simiolus illius in hac ad Philippenses epistola, sententiam tantum ejus in ista ad diabolum apostrophe sic expresserit: Πολλά σε λανθάνει, ἡ παρθενία Μαρίας, ὁ παράδοξος τοκετός. » Nulla te latuerunt: Mariæ virginitas, et admirandus ille partus, » et postea: « Ὅτι παρθένος ἡ τεκοῦσα, ἠγνόεις. » « Virginem esse quæ parit ignorabas. »

Sed et ex hisce imitamentis colorem et lineamenta Ignatii in traditis hic documentis clarior quam in speculo recognoscere se profitetur Halloixius. « Hic enim, inquit, ut in *Epistola ad Tralianos*, Christum vere natum, vere passum, vere crucifixum, non autem opinione tantum et imaginatione docet, verbisque prorsus similibus. Hic etiam illa solita fundit monita: « Subjecti estote episcopo, presbyteris, diaconis, invicem vos diligite in Domino, sicut Dei simulacra, » et alia ejusmodi. Jam illa verba nonne Ignatii? « Orationes vestrae ad Antiochenam usque Ecclesiam extendantur, unde et vinculus abducor Romam. » Item illa nonne styli ejus sunt? « Saluto sanctum episcopum Polycarpum, Saluto sanctum episcopum Vitalium, et sacerum presbyterorum collegium, et conservos meos diaconos, pro quibus velim animam ponere » (ὡν ἐγὼ ἀντίψυχος γενόμεν). » Item illa: Μνησθή μου τῶν δεσμῶν, ἵνα τελειωθῶ ἐν Χριστῷ. « Mementote vinculorum meorum, ut consummer in Christo. » Verum ista, et quæ ejus generis adjici poterant, alia, non tam scripti germanitatem confirmant, quam idem mimi hujus artificium produnt, quod tum generatim in Prolegomenorum nostrorum capite 3, tum speciatim in dicta ad Tarsenses epistola patefecimus. USSER.

(47) Περὶ βαπτίσματος. A codice Nydruceiano additamentum illud abest; neque cum epistolæ argumento convenit. *IBID.*

(48) Θεοῦ. In Mæstræi (et cum secuti Vedelii) editione, vox hæc per incuriam est ommissa. *IBID.*

(49) Πρέπον. Vet. Latin. « decenter, » vel, ut habent libri editi, « decens esse » *IBID.*

(50) Ὑπομνησκαίον. Vet. vulgat. « commonitos vos faciens cursus nostri, » vel, ut nos ex mss. edidimus, « commemorans vos cursus vestri (ad. nostri) in Christo. » *IBID.*

(51) Τὸ ἐν φρονούντες, τῷ αὐτῷ κανόνι τῆς πί-

θεός (52). Εἰ γὰρ εἷς ἐστὶν ὁ τῶν ὅλων θεός, ὁ Πατήρ τοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· εἷς δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς (53) Χριστός, ὁ τῶν ὅλων Κύριος, δι' οὗ τὰ πάντα· ἓν δὲ καὶ Πνεῦμα ἅγιον, τὸ ἐνεργήσαν ἐν Μωσῇ καὶ προφήταις καὶ ἀποστόλοις· ἓν δὲ καὶ τὸ βάπτισμα, τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διδόμενον ⁴⁵ (54)· μία δὲ καὶ ἡ (55) ἐκλεκτὴ Ἐκκλησία· μία ὀφείλει εἶναι καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις· Εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· εἷς θεός καὶ Πατήρ πάντων (56), καὶ διὰ πάντων (57), καὶ ἓν πᾶσιν.

II. Εἷς οὖν θεός καὶ Πατήρ καὶ οὐ δύο, οὐδὲ τρεῖς εἷς ὁ ὢν, καὶ οὐκ ἔστι πλὴν αὐτοῦ, ὁ μόνος ἀληθινός. Κύριος γὰρ, φησὶν, ὁ θεός σου, Κύριος εἷς ἐστὶ (58). Καὶ πάλιν· Οὐχ εἷς θεός ἐκτίσαν ἡμᾶς (59) ; οὐχ εἷς Πατήρ πάντων ἡμῶν ; Εἷς δὲ καὶ Υἱός, Λόγος θεός (60). Ὁ Μονογενής (61) γὰρ, φησὶν, ὁ ὢν εἷς τοῦς κάλπους τοῦ Πατρὸς. Καὶ πάλιν· Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Καὶ ἐν ἄλλῳ· Τί ὄνομα αὐτοῦ, ἢ τί ὄνομα τοῦ Υἱοῦ, ἵνα γινώσκῃς (62) ; Εἷς δὲ καὶ ὁ Παράκλητος (63). Ἐν γὰρ, φησὶ, καὶ Πνεῦμα, ἐπειδὴ ἐκλήθημεν ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ἡμῶν. Καὶ πάλιν· Ἐν Πνεύμα ἐποτίσθημεν, καὶ τὰ ἐξῆς (64). Πάντα δὲ ταῦτα τὰ χαρίσματα δῆλον ὅτι ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. Οὕτως οὖν τρεῖς Πατέρες (65), οὕτως τρεῖς Υἱοί, οὕτως τρεῖς Παράκλητοι· ἀλλ' εἷς Πατήρ, καὶ εἷς Υἱός, καὶ εἷς Παράκλητος. Διὸ καὶ Κύριος (66) ἀποπέμψων τοὺς ἀποστόλους μαθητεύσαι πάντα τὰ ἔθνη, ἐνετείλατο αὐτοῖς βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὕτως εἷς ἓν τριώνυμον, οὕτως εἷς τρεῖς ἐνανθρωπήσαντας (67), ἀλλ' εἷς τρεῖς ὁμοτίμους (68).

⁴² I Cor. i, 10 ; Philipp. ii, 2 et iii, 16. ⁴³ I Cor. viii, 6. ⁴⁴ I Cor. xii, 11. ⁴⁵ ms. διαδιδόμενον. ⁴⁶ Ephes. iv, 5. ⁴⁷ Deut. vi, 4 cum Marc. ii, 29. ⁴⁸ Mat. ii, 10. ⁴⁹ Joan. i, 18. ⁵⁰ I Cor. viii, 6. ⁵¹ Prov. xxx, 4. ⁵² Ephes. iv, 4. ⁵³ I Cor. xii, 13, 11. ⁵⁴ Matth. xxviii, 19.

στάως στοιχοῦντας. Vet. Latin. « unum sentientes ; in hoc ipso fidei canone fixi, » non, « fidei regulas præceptaque feci ; » ut Faber edidit. Usser.

(52) Ὡς Παῦλος ὑμᾶς ἐνοουθέτει. In epistola ad hos ipsos Philippenses, ubi eos monet, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Phil. iii, 16. Ibi.

(53) Ἰησοῦς Χριστός in Codice Nydprucciano et Florentino ; « Christus Filius Dei unigenitus, » in editione vulgata Latina additur. Ibi.

(54) Διδόμενον. Cod. Florentin. διαδιδόμενον. Ibi.

(55) Ἀὐτὴ καὶ ἡ Δέ, ex Cod. Nydprucc. additum est. Ibi.

(56) Πατήρ πάντων. In vetere Latina versione additur ex Ephes. iv, 6, ὁ ἐπὶ πάντων. Ibi.

(57) Καὶ διὰ πάντων. In codice Florentino deest. Ibi.

(58) Κύριος εἷς ἐστὶ. Vet. Latin. « Dominus, » vel (ut habent libri impressi) « Deus unus est. » Vid. supr. not. in Epist. ad Antiochen. Ibi.

(59) Οὐχ εἷς θεός ἐκτίσαν ἡμᾶς ; In Genevensi editione, typographi negligentia, ista sunt ommissa. Ibi.

(60) Θεός. Ita cod. Augustanus et Florentinus ; et vetus interpres Latinus cod. Nydprucc. Θεοῦ. Ibi.

(61) Ὁ μονογενής. Græce legi ὁμογενής, perperam hic adnotavit Mæstræus. Ibi.

(62) Τί ὄνομα τῷ Υἱῷ, ἵνα γινώσκῃς. In Græco textu, Proverb. xx, 4, legitur : Τί ὄνομα τοῦς τέκνοις αὐτοῦ, ἵνα γινώσκῃς ; licet in Hebræo et apud Au-

manentes ⁴² ; ut Paulus vos admonebat. Si enim unus est universorum Deus, Pater Christi, ex quo omnia ; unus autem et Dominus noster Jesus Christus, omnium Dominus, per quem omnia ⁴³ ; unus autem et Spiritus sanctus, qui operatus est ⁴⁴ in Moyse et prophetis et apostolis ; unum vero et baptisma, quod in mortem Domini datur ; et una quoque electa Ecclesia, debet esse etiam una secundum Christum fides. Unus enim Dominus, una fides, unum baptisma : unus Deus et Pater omnium ; et per omnia, et in omnibus ⁴⁶. »

II. Unus igitur Deus et Pater ; et non duo, neque tres ; unus qui est, nec est alius præter ipsum, solus verus, Dominus enim, inquit, Deus tuus, Dominus unus est ⁴⁷. Et iterum : Nonne unus Deus creavit nos ? nonne unus Pater omnium nostrum ⁴⁸ ? Unus quoque et Filius, Verbum Deus. Unigenitus enim, inquit, qui est in sinu Patris ⁴⁹. Rursusque : Unus Dominus Jesus Christus ⁵⁰. Et alibi : « Quod nomen illi, aut quod nomen Filio, ut cognoscamus ⁵¹ ? » Unus autem et Paracletus. Unus enim, inquit, et Spiritus : quoniam vocati sumus « in una spe vocationis » nostræ ⁵². Et iterum : « Unum Spiritum potavimus : » et reliqua. Omnes vero has gratias manifestam est quod « operatur unus atque idem Spiritus ⁵³. » Neque igitur tres Patres, neque tres Filii, neque tres Paracleti, sed unus Pater, et unus Filius, et unus Paracletus. Quare et Dominus mittens apostolos ad docendam omnes gentes, præcepit illis ut « baptizarent in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti ⁵⁴ ; » non in unum trinominem, neque in tres incarnatos, sed in tres ejusdem honoris.

gustin. epist. xlix, quæst. 5, singulariter habeatur, « illi ejus. » Ibi.

(63) Εἷς δὲ καὶ ὁ Παράκλητος. Vet. Latin. « Scitote autem, quia unus est etiam Spiritus sanctus » (abest hæc vox a Petaviano ms) « Paracletus, sicut idem Paulus ait. » Ibi.

(64) Ἐν Πνεύμα ἐποτίσθημεν, καὶ τὰ ἐξῆς. Vet. Lat. Omnes, inquit, in uno spiritu potati sumus, et ita habent verba Apostoli I Cor. xii, 13. Πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. Ibi.

(65) Οὕτως οὖν τρεῖς Πατέρες, etc. Non absimili modo Symbolum Athanasianum. Cor.

(66) Διὸ καὶ Κύριος. Lectionem Nydprucciani codicis, qui Διὸ καὶ, et Augustani, qui Διὸ Κύριος habebat, simul conjunxi, ut et in vetere Latino interprete conjunctam reperi ; et in ms. Græco Florentino, Διὸ καὶ ὁ Κύρ. Usser.

(67) Εἷς τρεῖς ἐνανθρωπήσαντας, ἀλλ'. Verba ista non reperiuntur in vetere interprete Latino : ut videndum sit, ne adjecta illa fuerint ad tegendam hæresim de trium personarum inæqualitate, quæ in Latinis illis sese prodit : « Non in unum queindam trinominem, neque in tres unius ejusdemque honoris. » Cum quibus comparanda, quæ de auctoris Arianismo in Prolegomenon 12 capite sunt producta. Ibi.

(68) Οὕτως εἷς ἓν τριώνυμον, οὕτως εἷς τρεῖς ἐνανθρωπήσαντας, ἀλλ' εἷς τρεῖς ὁμοτίμους. In codice Regio 1026 citatum reperi, οὕτως εἷς ἓν τριώνυμον, οὕτως εἷς τρεῖς ὁμωνύμους. Hoc est, « neque in unum trinominem, neque in tres cognomines, » tres ni-

III. Unus enim, est homo factus; neque Pater, neque Paracletus; sed solus Filius; non opinione, non phantasia; sed revera. *Verbum enim caro factum est*⁵⁵. *Sapientia enim ædificavit sibi domum*⁵⁶.
⁵⁷ Et natus est ut homo, Deus Verbum, cum corpore, ex Virgine, sine viri commercio. *Virgo namque in utero concipiet, et pariet filium*⁵⁸. Vere igitur genitus est, vere crevit, vere comedit et bibit, vere crucifixus et mortuus est, ac resurrexit. Qui hæc credit, ut res habet, prout factum est, beatus est. Qui non credit hæc, scelestus est, non minus ac ii qui Dominum crucifixerunt. Princeps enim mundi hujus gaudet, cum quis crucem negarit. Cognoscit siquidem crucis confessionem suam esse exitium; id quippe trophæum est contra ipsius potentiam; quod ubi viderit, horret, et audiens timet.

IV. Et vero antequam crucifixio facta esset, studebat ut fieret: et operabatur in filiis diffidentia⁵⁹; operabatur in Juda, in Pharisæis, in Sadducæis, in senibus, in juvenibus, in sacerdotibus. Cum autem jam futura esset, turbatur, et pœnitentiam immittit proditori, et laqueum illi commonstrat, suspendiumque edocet; terret quoque mulierculam, eam in somniis perturbans, atque ut a crucifigendo cessaretur tentat, qui omnem rudentem moverat, ut eadem crux pararetur⁶⁰: non quod pœnitentia duceretur ob tantum malum, sic enim non malus esset

⁵⁵ Joan. i, 14. ⁵⁶ Prov. ix, 1. ⁵⁷ l. Interpol. ad Smyrn. i. ⁵⁸ Isa vii, 14. ⁵⁹ deest in ms. ⁶⁰ ms. πιστεύσας
⁶¹ al. τούτο. ⁶² Ephes. ii, 2. ⁶³ Matth. ⁶⁴ al. τό, ⁶⁵ al. καλών τε καί. ⁶⁶ al. εἶ.
 mirum Patres, aut tres Filios, aut tres Paracletos. Vetus versio ob geminationem vocularum « in tres » ab exscriptoribus manca effecta est. Porro credere ἕνα τριώνυμον, μίαν ὑπόστασιν τριπρόσωπον καὶ τριώνυμον. ἕν τριώνυμον πρόσωπον, trionymam solitarii Dei unionem, trinominem Deum, solam nominis Trinitatem sine subsistentiâ personarum, incurere est in hæresim Simonis magi, et Sabellii; quam catholicis malitiose impingebant Ariani, orthodoxam fidem appellantes trionymam sectam, trium deorum hæresim. Trinitatis infidelitatem, ut et tribulorum seu Trinitatis professorum perfidiam, atque triangulam impietatem. Ita enim deblaterant pseudo Origenes et pseudo-Chrysostomus, ille ad Job i, 17, hic in Matth. vii, 16. Omittebam monere vocem interpretis « trinomium » reperiri in antiqua versione edicti Justiniani, ad calcem 5 synodi; ut « binomius » legitur apud Festum. Cor.

(69) Εἰς γὰρ ὁ ἐνανθρωπήσας, etc., usque ad καὶ ἔπειτα, continet idem codex. Proferunt autem Theodorus Graptus in opere inedito *adversus Ieonomachos*, et Nicephorus CP. in *Antirrheticis ἀνεκδότοις* pariter contra hæreticos eosdem *IBID.*

(70) Μόνος. Cod. Nydpruce. μόνον. Usser.
 (71) Ὁ Λόγος γὰρ σὰρξ ἐγένετο. « Et habitavit in ea; » addidit hic vetus interpres; Vairlenius vero (eumque secuti Mæstræus et Vedelius) « et habitavit in nobis; » ex Joan. i, 14. In Græco vero Florentino, γὰρ hic non legitur. *IBID.*

(72) Ἡ γὰρ Σοφία. V. not in *Ep. ad Smyrn.* *IBID.*

(73) Ἄνευ ὁμιλίας ἀνδρός. Vet. Latin. « non ex colloctione scilicet, aut semine viri, » quomodo et supra in loco illo interpolatoris *Epistolæ ad Tralitanos*, eadem verba verterat: « sine semine scilicet, et colloctione viri, » licet in simili loco interpolato *Epistolæ ad Magnesianos*, δίχα ὁμιλίας ἀνδρός simpliciter reddiderit: « sine colloctione

III. Εἰς γὰρ ὁ ἐνανθρωπήσας (69), οὔτε ὁ Πατήρ, οὔτε ὁ Παράκλητος, ἀλλὰ μόνος (70) ὁ Υἱός· οὐ δοκίμαται, οὐ φαντασία, ἀλλ' ἀληθεία. Ὁ Λόγος γὰρ σὰρξ ἐγένετο (71). Ἡ γὰρ Σοφία (72) ἠκοδόμησεν ἐκουτῆ οἶκον. Καὶ ἐγεννήθη ὡς ἄνθρωπος, ὁ Θεὸς Λόγος, μετὰ σώματος, ἐκ τῆς Παρθένου, ἀνευ ὁμιλίας ἀνδρός (73). Ἡ Παρθένος γὰρ (74) ἐν γαστρὶ λήφεται, καὶ τέξεται υἱόν. Ἀληθῶς οὖν ἐγεννήθη, ⁵⁹ ἀληθῶς ἠρξήθη (75), ἀληθῶς ἔφαγε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη. Ὁ ταῦτα πιστεύσας, ὡς ἔχει, ὡς γεγένηται (76), μακάριος. Ὁ ταῦτα μὴ πιστεύων ⁶⁰, ἐναγής, οὐχ ἦττον τῶν τὸν Κύριον στυρωσάντων. Ὁ γὰρ ἀρχὸν τοῦ κόσμου τούτου, χαίρει ὅταν τις ἀρνήται τὸν σταυρόν. Ὁλεθρον γὰρ ἐκουτοῦ (77) γινώσκει τὴν ὁμολογίαν τοῦ σταυροῦ· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ τρόποσιον κατὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως· ὅπερ ὁρῶν φρίττει, καὶ ἀκούων φοβεῖται.

IV. Καὶ πρὶν μὲν γένηται ὁ σταυρός, ἐσπευδα γανέσθαι τοῦτον ⁶¹ (78) καὶ ἐνήργει (79) ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας· ἐνήργει ἐν Ἰουδαίᾳ, ἐν Φαρισαίοις, ἐν Σαδδουκαίοις, ἐν πρεσβύταις, ἐν νέοις, ἐν ἱερεῦσι· Μέλλοντος δὲ γίνεσθαι, θορυβεῖται, καὶ μετάμελον (80) ἐμβάλλει τῷ προδότῃ, καὶ βρόχον αὐτῷ δείκνυσιν, καὶ ἀγχόνην διδάσκει φοβεῖ δὲ καὶ τὸ γόναιον, ἐν ὀνείροις αὐτὸ καταταράττων (81), καὶ παθεῖν πειράται τὰ ⁶⁴ (82) μετὰ τὸν σταυρόν, ὁ πάντα καλῶν ⁶⁵ κινῶν (83) εἰς τὴν αὐτοῦ κατασκευὴν (84), οὐ μεταγινώσκων ἐπὶ τῷ τοσοῦτῳ κακῷ· ἢ ⁶⁶ γὰρ

C viri, » quod rectius ab aliis est expressum: « sine viri commercio. » *IBID.*

(74) Γὰρ. « inquis, » vel (ut cod. Petav. habet) « inquit propheta, » in vet. Lat. additur. *IBID.*

(75) Ἀληθῶς ἠρξήθη. Deest in Florentino. *IBID.*

(76) Ὡς ἔχει, ὡς γεγένηται. Morel. « ut se habent, ut facta sunt. » Mæslr. « ut res habet, et prout factum est. » Vet. interpr. « sicut habet, quomodo natus est, » pro quo Faber edidit: « ut vera ejus continet nativitas, » quomodo et paulo post, « nihil differt, » supposuit pro, « non minus est. » *IBID.*

(77) Ἐκουτοῦ. In nostra et Vossiana, quæ ex ea expressa est, editione vitiose habetur positum, pro ἐκουτοῦ. *IBID.*

(78) Τοῦτον. Cod. Nydpruce. et Florentinus, τούτο, et Vet. Latin. « hoc. » *IBID.*

(79) Ἐνήργει. Vet. Lat. « operavit, » al. « operari. » *IBID.*

(80) Μετάμελον. Vet. Latin. « desperationem, » ut Jacobus Faber edidit; nam in mss. eam vocem non reperi. *IBID.*

(81) Αὐτὸ καταταράττων. Cod. Nydpruce. ἀποκαταράττων. Vet. Latin. « ipse (αὐτός) conturbans. » *IBID.*

(82) Τὰ Florentin. τό. *IBID.*

(83) Ὁ πάντα καλῶν κινῶν. Cod. Nydpruce. ὁ πάντα καλῶν τε καὶ κινῶν. Et ex eo Brunnerus: « quique omnia auxilia commoverat evocaveratque, » et vetus interpres consimiliter: « Ipse omnia evocans et movens, » ut habet liber Magdalenensis; vel, ut alii: « Ipse omnia evocans, movet. » Sed πάντα καλῶν κινεῖν, proverbiale est, ut et ἀνασελεῖν apud Philonem, in libro *De agricultura*, πάντα καλῶν εὐσεβείας ἀνασελεῖντες. *IBID.*

(84) Εἰς τὴν αὐτοῦ κατασκευὴν. Vet. Latin. « in suam præparationem; » pro qua, « perniciem, » Faber substituit. *IBID.*

δὴν (85), οὐ πάντα τὴν πονηρός· ἀλλ' ἐκήσθητο τῆς ἑαυτοῦ ἀπωλείας· Ἀρχὴ γὰρ αὐτῆ καταδίκης, ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρός, ἀρχὴ θανάτου, ἀρχὴ ἀπωλείας. Διὸ καὶ ἐν τισιν ἐνεργεῖ ἀρνεῖσθαι τὸν σταυρὸν, τὸ πάθος ἐπαισχύνεσθαι, τὸν θάνατον δόκῃσιν καλεῖν, τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν περικόπτειν, τὴν φύσιν αὐτῆν διαβάλλειν (86) ὡς μωσαρὰν. Ἰουδαίους συμμαχεῖ (87) εἰς ἄρνησιν τοῦ σταυροῦ. Ἐλλησιν εἰς συκοφαντίαν μαγείας (88), αἰρετικοῖς εἰς φαντασίαν. Ποικίλος γὰρ ἐστὶν ὁ τῆς κακίας στρατηγός. κλειψίλους, ἄστατος, ἑαυτῶ ἐναντίος· καὶ ἄλλα μὲν προβαλλόμενος (89), ἕτερα δὲ δεινός. Σοφός γὰρ ἐστὶ (90) τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλὸν ὁ τί ποτέ ἐστὶν ἀγνοεῖ. Ἀγνοίας γὰρ (91) πεπλήρωται, δι' ἐκαύσιον παράνοیان πῶς γὰρ οὐκ ἐστὶ τοιοῦτος, ὅς μηδὲ πρὸ ποδῶν τῶν ἑαυτοῦ λόγον βλέπει (92) ;

V. Εἰ γὰρ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Κύριος, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος μόνον, τί περικόπτεις τὴν γέννησιν τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ; Τί δὲ, ὡς παράδοξόν τι ἐπ' ἀνθρώπου γενόμενον, τὸ πάθος, δόκῃσιν καλεῖς ; καὶ τὸν θάνατον τοῦ θνητοῦ, δόξαν νομίζεις (93) ; Εἰ δὲ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος (94), τί παράνομον (95) καλεῖς τὸν τῆς δόξης Κύριον, τὸν τῆ φύσει ἄτρεπτον ; τί παράνομον λέγεις τὸν νομοθέτην, τὸν ἀνθρωπείαν ψυχὴν ἔχοντα (96) ; Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας. Πῶς

⁸⁷ Jerem. iv, 22. ⁸⁸ I. Const. ap. vi, 6 et viii, 2, 7. Orig. hom. 13 in Num. ⁸⁹ I Cor. ii, 8. ⁹⁰ Joan. i, 14.

(85) Τῶ τοσοῦτῳ κακῶ· ἢ γὰρ ἄν. Florentin. τοσοῦτῳ κακῶ· εἰ γὰρ. USSER.

(86) Τὸν θάνατον δόκῃσιν καλεῖν, τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν περικόπτειν, τὴν φύσιν αὐτῆν διαβάλλειν. Vet. Latin. « qui mortem putant vocare Virginis generationem » (quod Faber edidit : qui ut funestum putant vocari de Virgine generationem), « circumcidere ipsam naturam, et diffamare. » Ubi, δόκῃσιν. legendum (non, ut legisse videtur interpretes, δοκῶσιν) et verbum περικόπτειν ad τὴν γέννησιν esse referendum, ex refutatione, quæ sequitur, apparet. Τί περικόπτεις τὴν γέννησιν τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ; τί δὲ ὡς παράδοξόν τι ἐπ' ἀνθρώπου γενόμενον τὸ πάθος, δόκῃσιν καλεῖς ; « Quid circumcidis nativitatem communis naturæ humanæ ? Quid vero tanquam insolens aliquid in homine factum, passionem appellas phantasiam ? » Ibi.

(87) Συμμαχεῖ. « Satanas » sc. vet. Latin. « auxiliator es, » vel « est, » ut Faber edidit. Ibi.

(88) Μαγείας. « Magiæ » pro, « magiæ, » Faber perperam hic supposuit, quod et sequens refutatio manifestum facit : Πῶς δὲ καὶ μάγος οὗτος ; « Quomodo et magus est hic ? » Ibi.

(89) Προβαλλόμενος. Vet. Latin. « immittens ; » pro quo Faber « suggerens, » substituit. Ibi.

(90) Σοφός γὰρ ἐστὶ. Vid. Prolegomen. cap. 12. Ibi.

(91) Ἀγνοίας γὰρ. Γὰρ ex Nydprucciano codice est additum, et veteri interprete Latino. Ibi.

(92) Μηδὲ πρὸ ποδῶν τῶν ἑαυτοῦ λόγον βλέπει. Florentin. μήτε πρὸ ποδῶν τῶν ἑαυτοῦ λόγων βλέπει. Ibi.

(93) Καὶ τὸν θάνατον τοῦ θνητοῦ δόξαν νομίζεις. Vet. Latin. « et mortem mortalis » (ita enim ex Magdalenensi codice restituimus, ubi in aliis le-

omnino ; sed sentiebat suam ipsius perniciem. Initium quippe damnationis ei fuit, crux Christi ; initium mortis, initium perditionis. Ideo et in quibusdam efficit, ut crucem negent, ut passionis illos pudeat, ut mortem opinionem vocent, partum Virginis circumcidant, naturam ipsam calumniantur quasi detestandam. Judæis auxiliatur ad negationem crucis, gentibus ad magiæ calumniam, hæreticis ad phantasiam prædicationem. Varius enim et multiformis est ille malitiæ, animi seductor, inconstans, sibi ipse contrarius ; et alia quidem objiciens, alia vero faciens. Sapiens enim est ad malefaciendum ; bonum vero quid sit ignorat ⁸⁷. Ignorantia namque oppletus est, propter voluntariam demerentiam ; quo enim modo non est ejusmodi, qui nec ante pedes suos positam rationem videt ⁸⁸ ?

V. Si enim nudus homo est Dominus, ex anima et corpore solum ; quid circumcidis et mutilas nativitatem communis hominum naturæ ? Quid autem tanquam insolens aliquid in homine factum, passionem appellas phantasiam ? et mortem hominis mortalis, censes opinionem esse solam ? Si vero Deus et homo, cur iniquum vocas *Dominum gloriæ* ⁸⁹, qui natura immutabilis est ? cur iniquum appellas legislatorem, qui animam habet humanam ; *Verbum caro factum est* ⁹⁰, et perfectus homo, non qui in ho-

C gitur « immortalis ») « gloriam existimas ? » quod a recentioribus multo rectius est redditum : « et mortem hominis mortalis censes opinionem esse solam ? » Ibi.

(94) Εἰ δὲ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Sic et vet. Latin. « Si Deus et homo, » ubi conjunctionem, in aliis libris desideratam, ex Magdalenensi ms. reposuimus. Ibi.

(95) Παράνομον. Vet. Latin. « iniquum ; » non « unicum, » ut habebatur in editis. Ibi.

(96) Τὸν ἀνθρωπείαν ψυχὴν ἔχοντα ; etc. Non tanta esse debet antiqui interpretis auctoritas, ut hic interpolationem factam fuisse affirmetur. Imo contrarium mihi fit longe credibilius. Sed quidquid sit, mira est viri docti observatio, in vulgatis Latinis ne lectorem crassus error offenderet, « Christum humanam animam non habuisse, » repositum fuisse « naturam » pro « anima. » Quasi non crassius et apertius errare sit, dicere Christum humanam naturam non habuisse, quam dicere eundem caruisse anima humana, præsertim cum sequatur, « Verbum homo. » Cor. — Τὸν ἀνθρωπείαν ψυχὴν ἔχοντα ; ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας. Vid. Prolegomen cap. 12 et 13, ubi Apollinariani erroris suspectum hunc auctorem reddidimus : ita videlicet Christum ψιλὸν ἀνθρώπον esse insipientem, ut in corpore ex Maria assumpto, loco animæ, deitatem inhabitasse crederet quomodo et illa sonant, in assumptis *Epistolæ ad Trallianus* Ἀληθῶς ἐγέννησε Μαρία σῶμα, θεὸν ἐνοικον ἔχον καὶ ἀληθῶς ἐγεννήθη ὁ Θεὸς Λόγος ἐκ τῆς Παρθένου, σῶμα ὁποῦπαθὲς ἡμῖν ἡμοιοσμένος. « Vere genuit Maria corpus, habens in se Deum habitantem ; et reverentis est Deus Verbum ex Virgine vestitus corpore obnoxio iisdem passionibus nobiscum, » nullo omnino animæ aut ejus affectuum mentione facta. USSER.

mine habitavit. Quo modo autem et magus hic, qui olim quidem omnem naturam tam sensibilem, quam intelligibilem condidit voluntate Patris: incarnatus vero omnem languorem et infirmitatem curavit⁷¹?

VI. Perro quomodo non est Deus, ille, qui mortuos suscitavit; claudos dimittit integros ac expeditos; leprosos mundat, cæcis restituit visum⁷², ea quæ sunt vel auget, vel immutat; ut quinque panes et duos pisces; et aquam in vinum⁷³; tuum vero exercitum solo fugat verbo⁷⁴? Quid vero Virginis improbas naturam, et membra turpia nuncupas? qui olim hæc ipsa membra in pompis ostentabas, et nudari jubebas, masculos quidem in conspectum feminarum, feminas vero in effrenem marium libidinem. Nunc hæc ipsa a te judicantur obscæna, atque te pudicum simulas, tu spiritus fornicationis; ignorans tunc demum aliquid esse obscænum, cum scelere pollutum fuerit; at quando abest peccatum, nihil turpe est, nihil malum, eorum quæ facta sunt, sed omnia bona valde. Verum tu qui non vides, improbas ea.

VII. Et quo modo rursus necdum tibi videtur Christus esse ex Virgine, sed esse ille qui est super omnia Deus, quique omnipotens est? Quis igitur, dicito, hunc misit? quis hujus dominus est? cujus vero voluntati hic obedivit? et quas leges implevit, qui nec alicujus voluntati, nec potestati cedit? Cum Christum exinis a nativitate; ingentium sancis, genitum esse; et qui principio caret, hunc dicis cruci affixum; quo permittente, non habeo dicere. Enimvero tua minime me latet versutia, nec ignoro te obliquo et gemino gressu incedere. Tu autem ignoras, quis sit genitus, qui omnia scire te fingis.

⁷¹ Matth. iv, 23 et ix, 35, ⁷² Matth. xi, 5. ⁷³ ms. η. ⁷⁴ Joan. vi et ii. ⁷⁵ Luc. viii, 30. ⁷⁶ deest in ms. ⁷⁷ ms. νομοθετης.

(97) Πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν θεραπεύσας. Ex Matth. ix, 35, ut et supra, in additamentis *Epistolæ ad Magnesianos*. USSER.

(98) Ἡ ἀξίω, ἢ μεταβάλλων. Veteri editioni Latinæ, ex ms. Magdalenensi, restituiimus: « de quinque panibus et duobus piscibus tot millia hominum saturavit. » *IBID.*

(99) Μόνον φυγαδεύων. Cod. Nydruce- μόνω φυγαδεύειν. *IBID.*

(1) Κακίζεις. Vet. Latin. « pessimas; » ut et infra. licet in priore loco pro ea voce Faber, « dejicis; » in posteriore, « pessundas » substituerit. *IBID.*

(2) Ἀποκαλεῖς. Ita cod. Nydruce. ubi Augustan. et Florentin. ἀποκαλεῖς. *IBID.*

(3) Ταῦτα πομπέων. Cod. Nydruce. ταῦτα πομπέων. Vet. Latin. « Hæc præseminans. » Ad ethnicorum vero Phallos et Ithyphallos ista referenda docent hic in Notis suis Vairlenius et Mæstræus. *IBID.*

(4) Καὶ γυμνοῦσθαι κελεύων. Huc perlinent γυμνασίων ἀπογυμνώσεις. Epiphaniæ memoratæ in *Expositione fidei*, c. 40. Item illa apud Gregorium Nazianzenum *invect. 1, adversus Julianum*:

Ὡς εἰπούσα θεὰ, δοιοὺς ἀνεστράτο μηρούς· ἵνα τελέτη τοὺς ἔραστὰς· ἃ καὶ νῦν ἐστὶ τελεῖ τοῖς σήμασιν. Aliaque nimis nota. *COT.*

Α δὲ καὶ μάγος αὐτός, ὁ πάλαι μὲν πᾶσαν αἰσθητὴν καὶ νοητὴν φύσιν κατασκευάσας γνώμη Πατρὸς· ἐν δὲ τῇ ἐνανθρωπήσει, πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν θεραπεύσας (97);

VI. Πῶς δὲ οὐχ οὗτος θεός, ὁ νεκροὺς ἀνιστῶν, χωλοὺς ἀρτίους ἀποστέλλον, λεπροὺς καθαρῶν, τυφλοὺς ὀφθαλμῶν, τὰ ὄντα ἢ ἀξίω, ἢ μεταβάλλων (98). ὡς τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ ⁷³ τοὺς δύο ἰχθύας, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον· τὸν σὸν στρατὸν ῥήματι μόνον φυγαδεύων (99); Τί δὲ κακίζεις (1) τὴν φύσιν τῆς Παρθένου, καὶ τὰ μύρια ἀποκαλεῖς (2) αἰσχρά; πάλαι ταῦτα πομπέων (3), καὶ γυμνοῦσθαι κελεύων (4)· ἀρβέννας μὲν εἰς ὄψιν θηλειῶν, θηλείας δὲ εἰς ἀκόλαστον ἐπιθυμίαν ἀρβένων. Νῦν αἰσχρά σοι ταῦτα νενομίσται (5), καὶ σεμνὸς εἶναι προσποιῆ, σὺ τὸ τῆς πορνείας πνεῦμα, ἀγνοῶν ὅτι τότε γίνεται αἰσχρόν τι, ὅταν παρανομία ῥυπανθῇ· ἀμαρτίας δὲ ἀπόουσης, οὐδὲν τῶν γενομένων αἰσχρόν, οὐδὲν φαῦλον, ἀλλὰ πάντα καλὰ λίαν. Καὶ σὺ μὴ βλέπων, κακίζεις αὐτά.

VII. Πῶς δὲ πάλιν οὐκ ἐστὶ σοι δοκεῖ ὁ Χριστὸς εἶναι ἐκ τῆς Παρθένου, ἀλλ' ὁ ἐπὶ πάντων θεός (6) ὁ ὢν ὁ παντοκράτωρ; Τίς οὖν ὁ τοῦτον ἀποστείλας, εἰπέ· τίς ὁ τοῦτου κυριεύων; γνώμη δὲ εἶνος οὗτος ἐπαρθήσῃ; νόμων δὲ ποίων (7) αληρωτῆς γέγονεν, ὁ μήτε γνώμη τινὸς μήτε ἐξουσίᾳ εἶκων (8) καὶ τὸν Χριστὸν ἐξαιρῶν τῆς γεννήσεως, ⁷⁶ τὸν ἀγέννητον νομοθετῆς ⁷⁷ γεγενῆσθαι, καὶ σταυρῶ προσηλωθῆαι τὸν ἀναρχὸν εἶνος συγχωρήσαντος, οὐκ ἔχω εἰπεῖν. Ἄλλὰ γὰρ οὐ λέληθάς με τοῦ παλιμβόλου (9)· οὐδ' ἀγνοῶ, ὅτι διὰ λοξὰ καὶ δίδυμα βάνεις (10). Ἄγνοεῖς δὲ σὺ τίς ὁ γεννηθεῖς, ὁ πᾶν εἰδέναι προσποιούμενος.

(5) Νῦν αἰσχρά σοι ταῦτα νενομίσται. Vet. Latin. « Nunc omnia tibi turpia videntur. » Ita enim ex Magdalenensi codice restituiimus; ubi editi libri habent: « Tunc omnia turpia videntur. » USSER.

(6) Ἄλλ' ὁ ἐπὶ πάντων θεός. Vid. Prolegomen. cap. 12. *IBID.*

(7) Νόμων δὲ ποίων. Ita codex Florentinus: non, ut Augustanus et Nydruceianus: νόμον δὲ ποίων. Vet. interpres: « cujus legem, » unde, νόμων δὲ ποίου, restituit Morelius, *IBID.*

(8) Ὁ μήτε γνώμη τινὸς μήτε ἐξουσίᾳ εἶκων. Ista vetus interpres non ad præcedentia, sed ad sequentia, ad Satanam videlicet, non ad Christum, retulit. *IBID.*

(9) Οὐ λέληθάς με τοῦ παλιμβόλου. Vet. Latin. « Non me latuisti tuo antiquo consilio, » vel, ut Faber edidit: « Non me latuit tuum antiquum consilium. » *IBID.*

(10) Ὅτι διὰ λοξὰ καὶ δίδυμα βάνεις. Ita ex codice Nydruceiano Græco (ubi tamen ὅτι legebatur) et vetere Latino interprete edidimus; ubi in Florentino, διὸ δόξη καὶ δίδυμα βάνεις, legebatur; et in Augustano adhuc corruptius: διὸ δόξη καὶ δίδυμα βάνει, pro quo, ex conjectura, substituit Morelius διὸ λοξὰ καὶ δίδυμα βάνεις, quod, in notis ad hunc locum, pluribus Mæstræus explicat. *IBID.*

VIII. Πολλὰ γὰρ σε λανθάνει (11) ἡ παρθενίαν Μαρίας ἢ παράδοξος τοκετός, ὅστις ὁ ἐν τῷ σώματι, ὁ ἡγούμενος ἀστὴρ τῶν ἐν ἀνατολῇ, τῶν τὰ ὄψα κομιζόντων μάγων, ἀρχαγγέλου ἀσπασμός πρὸς Παρθένον. Παρθένου παράδοξος σύλληψις μεμνηστευμένης, παιδὸς προδρόμου κηρυκεία (12) ἐπὶ τῷ ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ ἐν κοιλίᾳ σκίρτησις ἐκ τοῦ προθεωρουμένου (13) ἀγγέλων ὕμνοι ἐπὶ τῷ τεχθέντι ποιμένων εὐαγγελία (14). Ἡρώδου φόβος ἐπὶ ἀφαιρέσει βασιλείας, νηπιοκτόνων ἢ πρόσταγμα (15) εἰς Αἴγυπτον μεταστάσις, ἐκείθεν ἐπὶ τὰ τῆδε ἐπάνοδος, σπάργανα παιδικὰ, ἀπογραφή ἀνθρωπίνῃ, γαλακτοτροφία, ὄνομα πατρὸς οὐ σπειραντος· φάτναι, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον (16)· οὐδεμία παρασκευὴ ἀνθρωπίνῃ, ἀβήσεως προκοπή, ἀνθρώπινα βήματα, πείνα, δίψα, ὄδοιπορία, κόπος, θυσίων προσκομιδαί· ἔπειτα (17) καὶ περιτομή, βάπτισμα· φωνὴ Θεοῦ ἐπὶ τῷ βαπτιζομένῳ, ὅστις καὶ πόθεν, μαρτυρία Πνεύματος καὶ Πατρὸς ἢ (18) ὑπεράνωθεν· φωνὴ Ἰωάννου προφήτου, σημαίνουσα πάθος διὰ τῆς τοῦ Ἄμνου προσηγορίας· σημείων διαφόρων ἐνέργειαι, ἴσσεις ποικίλαι· ἐπιτίμησις δεσποτικῇ, προστάττουσα θολάτη καὶ ἀνέμοις· πνεύματα πονηρὰ φυγαδεύμενα, σεαυτὸν στρα-

⁷⁸ I. νηπιοκτόνον. ⁷⁹ al. Θεοῦ.

(11) Πολλὰ γὰρ σε λανθάνει. Ex doctrina Patrum, diabolus de Christo magis, et sæpius ignoravit quam scivit, plus suspicatus est quam cognovit, resque potius perspectas habuit, quam rerum mysteria, ut firmari posset sexcentis testimoniis, si necessum foret. Verum in paucissimis notabilis est locus Clementinarum *Hypotyposeon* pag. 808, initio col. 1, ad psalmum 18: Καὶ νύξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνώσων. Ὁ διάβολος ἤδει ελευσόμενον τὸν Κύριον· εἰ δὲ αὐτὸς εἶη, οὐκ ἠπίστατο· διὸ καὶ ἐπέραξεν αὐτὸν, ἵνα γινῶ εἰ δυνατός ἐστιν. Ἐάν, φησί. Καὶ ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ εἰς καιρὸν· τουτέστιν, ἀνεβάλλετο τὴν εὔρεσιν εἰς τὴν ἀνάστασιν· ἤδει γὰρ τοῦτον εἶναι τὸν Κύριον τὸν ἀναστητόμενον· ἀμείως καὶ οἱ δαίμονες· ἐπεὶ καὶ Σολομώντα ὑπόπτευσαν εἶναι τὸν Κύριον· ἔγνωσαν δὲ μὴ εἶναι, ἀμαρτόντας αὐτοῦ. Νύξ νυκτὶ. Πάντες οἱ δαίμονες ἔγνωσαν ὅτι Κύριος ἦν ὁ ἀναστὰς μετὰ τὸ πάθος. Ita lego, hoc est: « *Et nox nocti indicat scientiam.* Diabolus sciebat, Dominum venturum: an vero is esset, ignorabat: propterea et tentavit eum, ut cognosceret utrum esset potens. Si, inquit. *Et recessit ab illo usque ad tempus,* id est, distulit inventionem in resurrectionem. Noverat enim eum esse Dominum, qui resurrecturus esset. Similiter et demones: quandoquidem et suspicati sunt quod Salomon esset Dominus: non esse autem agnoverunt, quando peccavit. *Nox nocti.* Omnes Dæmones cognoverunt Dominum esse, qui post passionem resurrexit.» Corrige epistolam Acacii CP. ad Petrum Antiochenum Fullonem dictum, in *Conciliis* tom. II, part. 1, et in Zonaræ editione: Κρύψας γὰρ τὸ ἀγκίστρον τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἔνδον τῆς ψυχῆς τοῦ ἁγίου αὐτοῦ σώματος, οὕτως τῷ φόβῳ συνεκρίθη. Ac rescribe συνεκρύθη, ex antiqua interpretatione; « Abscondens enim hamum suæ deitatis, intus animam sancti sui corporis, sic inferno occultatus est.» Cor. — Πολλὰ γὰρ σε λανθάνει. Vid. Prolegomen. c. 12. USSER.

(12) Μεμνηστευμένης, παιδὸς προδρόμου κηρυκεία. Cod. Nydpruce. πεπιστευμένη παιδὸς προδρόμου κηρυκείᾳ. Vetus interpres μεμνηστευμένης legit; sed ad sequentem, non præcedentem, sententiam vocem illam referens, παιδὸς προδρόμου mentione prætermissa, « desponsatæ puellæ prædicationem »

VIII. Nam multa te latent: Mariæ virginitas, admirabilis partus, quis sit ille qui in corpore est; stella quæ duxit eos magos, qui in Oriente erant, quique dona obtulerunt, archangeli salutatio Virgini facta; Virginis viro desponsatæ mirabilis conceptus; præcursoris pueri præconium super filio Virginis, illiusque intra maternum uterum, ob id quod prævidebat, exsultatio; angelorum hymni propter natum puerum; pastoribus facta bona nuntiatio; Herodis timor ne regnum sibi eriperetur, mandatum de necandis infantibus; in Ægyptum commigratio, et inde in ista loca reversio; fasciæ pueriles; humana descriptio, lactatus; patris nomen in eo qui non genuerat; præsepe, quod locus non esset; nullus humanus apparatus, incrementi accessio, humana verba, fames, sitis, itineris confectio, lassitudo, sacrificiorum oblatio; deinde etiam circumcisio, baptismus, vox Dei super baptizato, quis esset, et unde profectus, testificatio Spiritus et Patris desuper facta; vox Joannis prophete significans passionem appellatione Agni; diversorum signorum operationes, curationes variæ; inrepatio Dominica, imperans mariæ ac ventis;

tantum hic exhibuit. *Ibid.*

(13) Ἐπὶ τῷ ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ ἐν κοιλίᾳ σκίρτησις ἐκ τοῦ προθεωρουμένου. Vet. Latin. « et Virginis in utero gestientis » (eam vero vocem ex mss. reposuimus) « infantis prævisio. » *Ibid.*

(14) Ἀγγέλων ὕμνοι ἐπὶ τῷ τεχθέντι, ποιμένων εὐαγγελία. Vet. Latin. « Angelorum hymnus gloriam agentium, et pastorum annuntiatio, » Ita ms. Magdalen. ; pro quibus, in aliis libris legitur: « Angelorum hymno gloriæ ad gentium pastores annuntiatio. » *Ibid.*

(15) Νηπιοκτόνων πρόσταγμα. Edidit Georgius Remus Heidelbergæ homiliam ignoti sibi auctoris εἰς τὴν νηπιοκτονίαν. Πάλιν ὁ τάλας, etc. In qua Herodes παιδοκτόνος appellatur, et usurpatur nomen παιδοκτονίας, insuperque jocularè erratum apparet, ἀπὸ δικτοῦς γὰρ ἦν τὸ πρόσταγμα τοῦ δευλαίου καὶ παρανόμου Ἡρώδου. Interpreti: « Nam edictum tyranni meticulosi et tamen crudelis erat instar rellis, » quasi esset δίκτοος. Sed legendum ἀπὸ δικτοῦς, « a bimatu, » ex Matth. II, 16. Eam porro homiliam esse Joannis monachi et presbyteri Eubææ me docuit Leo Allatius, vir de Græcis litteris optime meritis. Ita enim in Catalogo operum quos misit ad Joannem Aubertum lego, apud Phil. Labbeum ad calcem *Conspectus* novæ editionis Joannis Damasceni; Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου Εὐβόας λόγος εἰς τὰ νήπια τὰ ὑπὸ Ἡρώδου ἀνακρεθέντα. Principium: Πάλιν ὁ πάλας ἐγὼ τὸν νοῦν ἐπὶ τὴν Βηθλεὲμ ἐκπατράσαι (pro ἐκπετάσαι) βούλομαι. Et Diatriba de Symeonum scriptis, p. 103, l. 9: Πάλιν ὁ τάλας ἐγὼ τὸν νοῦν ἐπὶ τὴν Βηθλεὲμ ἐκπατράσαι βούλομαι. Joannis monachi et presbyteri Eubææ λόγος, εἰς τὰ ἅγια νήπια, τὰ ἐν Βηθλεὲμ ἀνακρεθέντα, καὶ εἰς τὴν Πυχίλ. Cor. — Νηπιοκτόνων πρόσταγμα. Νηπιοκτόνον substituit Morelius. Vet. Latin. « præceptio ad parvulorum necem » USSER.

(16) Διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον. Ἐν τῷ καταλόγῳ, ex Luc. II, 7, forte supplendum adnotavit hic Patricius Junius. *Ibid.*

(17) Ἐπειτα Ita Cod. Nydpruce., non ἐπειδὴ, ut in Augustano et Florentino. *Ibid.*

(18) Πατρός. Codd. Florentino. et vet. Latin. Θεοῦ, « Dei. » *Ibid.*

maligni spiritus fugati, tu ipse tortus, et potestate ejus qui apparebat flagellatus, non habens quid faceres.

IX. Hæc videns, vertigine æstuas. Et virginem esse quæ pareret, ignorabas; at obstupesciebant te angelorum hymni, magorum adoratio, stellæ exortus. Ad ignorantiam tu reverteris, ob vilia; exigua enim quædam tibi videntur fasciæ, æramnæ, circumcisio, lactatus; hæc Deo indigna tibi visa sunt. Rursus videbas hominem quadraginta dies et noctes perdurare jejunum, sine humano alimento, angelos ministrantes, quos et horrebas; cum primum vidisses eum, ut communem hominem, baptizatum, causamque ignorares. Post jejunium vero, esurientem, sumpta denuo audacia tentabas, tanquam communem hominem, nesciens quis esset. Dicebas enim: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant* ⁸¹. Illud quippe. *Si Filius es, ignorantiam est.* Nam si revera agnovisses, scivisses ex æquo posse rerum conditorem, et facere quod non est, et mutare quod est. Ac ventris ingluvie tentas eum, qui omnes nutrit cibi indigos. Et tentas *Dominum gloriæ* ⁸², oblitus ex animi malevolentia, quod *non in solo pane vivit homo, sed in omni verba quod procedit de ore Dei* ⁸³. ⁸⁴ Si enim agnovisses Dei Filium esse, scivisses quod is qui quadraginta diebus et totidem noctibus ne corpus corruptibile egeret fecerat, etiam perpetuo idem facere poterat. Cum igitur esurit? ut ostendat, a se revera corpus assumptum fuisse iisdem obnoxiis perpeccionibus, quibus homines. Per primum quidem, ostendit se Deum esse; per secundum vero, etiam hominem.

X. Tu itaque qui excidisti de altissima gloria, sicut fulgur ⁸⁵, audes Domino dicere: *Mitte te hinc deorsum* ⁸⁶; cui ea quæ sunt, reputantur quasi non sint ⁸⁷; et ad vanam gloriam provocare alienum ab omni ostentatione? Præterea simulas te Scripturam de eo legere: *Quia angelis suis mandavit de te;*

⁸⁰ al. καὶ ἐκ. ⁸¹ al. ὑμνωδίαι. ⁸² f. vacat præpositio κατὰ. ⁸³ al. πεινῶντι. ⁸⁴ Matth. iv, 3. ⁸⁵ I Cor. ii, 8; I. Const. ap. viii, 7. ⁸⁶ Matth. iv, 1. ⁸⁷ Citat Anastasius presbyter eclog. 14, γράσεων τῶν δογματιζῶν. ⁸⁸ Anast. τὸ φθαρτὸν σῶμα. ⁸⁹ Luc. x, 18; Const. ap. viii, 7. ⁹⁰ Matth. iv, 6. ⁹¹ Rom. iv, 17.

(19) Ήκ. Καὶ ἐκ, legit Cod. Nydprucc. Similiter et vetus interpres: « et de, » licet illud, « de, » in editis desideretur. USSER.

(20) Ὑμνολογία. Cod. Florentin. ὑμνωδία. IBID.

(21) Ἄγευστον. In Cod. Augustano perperam, ἀγεύστον. Vel. Latin. « ingestibilem existentem; » pro quo Faber, « ingestato » substituit. IBID.

(22) Πεινῶντι. Πεινῶντι, in Augustano, Florentino et Nydprucciano codice legitur. IBID.

(23) Εἰ γὰρ ὄντως. Vid. Prolegomen. IBID.

(24) εἰ γὰρ, etc. Citantur hæc ut Anastasii presbyteri apud Halloixium et Usserium: desumpta, ut videtur, ex illo optimæ notæ libro ms. qui ornatissimam bibliothecam Claromontanam exornat, de quo multa Philippus Labbens in conspectu novæ editionis S. Damasceni, quemque evolvendum perhumaniter mihi dedit Gabriel Cossartius theologus Societatis Jesu, laudibus ingenii, eruditionis, eloquentiæ præcellens. Cor. — Εἰ γὰρ ἐγίνωσκας. Citantur ista ab Anastasio presbytero: qui Εἰ γὰρ

βλούμενον, ἐκ ⁸⁰ (19) τῆς τοῦ φαινομένου δυνάμεως αἰκίζόμενον, οὐκ ἔχοντα ὅτι ποιήσης.

IX. Ταῦθ' ὄρων, ἰλιγγίαις. Καὶ ὅτι παρθένος ἡ τεκοῦσα, ἡ γυνὴ; ἀλλ' ἐξέπληττέ σε ἡ τῶν ἀγγέλων ὑμνολογία ⁸¹ (20), ἡ τῶν μάγων προσκύνησις, ἡ τοῦ ἀστέρος ἐπιτολή. Εἰς ἀγνοίαν σὺ πολυδρομαίς, διὰ τὸ ἀτελεῖ μικρὰ γὰρ σοι δοκεῖ σπέρματα, πάθη, περιτομή, γαλακτοτροφία ἀνέζητά σοι ταῦτα ⁸² κατὰ Θεοῦ κατακλύετο. Πάλιν εἶδες ἄνθρωπον, τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ἄγευστον (21) μέναντα τροφῆς ἀνθρωπίνης, ἀγγέλους διακονοῦντας, αὐς καὶ ἔφριπτες, ἰδὼν πρῶτον, ὡς κοινὸν ἄνθρωπον, βαπτίζόμενον, καὶ τὴν αἰτίαν ἀγνοῶν. Μετὰ δὲ τὴν νηστείαν πεινῶντα ⁸³ (22) κατεθάρσεις πάλιν, καὶ ἐπείραζες ὡς κοινὸν ἄνθρωπον, ἀγνοῶν ὅστις εἴη. "Ἐλεγες γάρ" Εἰ γιός εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπέ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γίνωνται. Τὸ γὰρ, Εἰ γιός εἶ, ἀγνοίας ἐστίν. Εἰ γὰρ ὄντως (23) ἐγίνωσκας, ἠπίστω ὅτι δημιουργῶ καὶ τὸ μὴ ὂν ποιῆσαι, καὶ τὸ ὂν μεταβαλεῖν, ἐπ' ἴσης δυνατόν. Καὶ διὰ γαστρὸς πειράζεις τὸν τρέφοντα πάντας τοὺς τροφῆς δεομένους; καὶ πειράζεις τὸν τῆς δόξης Κύριον, ἐπιλαθόμενος ἐκ κακονοίας, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτων μόνων ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Εἰ γὰρ (24) ἐγίνωσκας ὅτι γιός Θεοῦ ἦν, ἐγίνωσκας ὅτι ὁ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις καὶ ἰσχυρίμοις νοξίν (25) ἀνεύδεις (26) ποιήσας τὸ σῶμα ⁸⁸ (27), καὶ εἰς τὸ διηγετικὸν ἐδύνατο τοῦτο ποιῆσαι. Διὰ τί οὖν πεινᾷ; ἵνα δείξῃ, ὅτι κατ' ἀλήθειαν (28) ἀνέλαβε σῶμα ὁμοιωθῆς ἡθθρώποις. Διὰ μὲν τοῦ πρώτου (29), εἶδε ξεν ὅτι Θεός; διὰ δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτι καὶ ἄνθρωπος.

X. Σὺ οὖν ὁ ἐκπεσὼν ἐκ τῆς (30) ὑψηλοτάτης δόξης, ὡς ἀστραπή, τολμᾷς λέγειν τῷ Κυρίῳ· Βάλλε σεκυτὸν ἐντεῦθεν κάτω· ᾧ τὰ ἐνόητα λελόγισται ὡς μὴ ὄντα (31) καὶ εἰς κενοδοξίαν προκαλέσαι τὸν οὐκ ἐπιδεικτιῶντα; Καὶ προσποιῆ τὴν Γραφὴν ἀναγνώσκων περὶ αὐτοῦ· "Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ

D ἦδεις hic legit. USSER.

(25) Καὶ ἰσχυρίμοις νοξίν. Vet. Latin. « et quadraginta noctibus. » Desunt vero ista in Anastasio. IBID.

(26) Ἄνεύδεις. Vel. Latin. « inindigens, » pro quo a Jacobo Fabro est substitutum « nullo egens. » IBID.

(27) Ποιήσας τὸ σῶμα. Anastas. ποιήσας τὸ φθαρτὸν σῶμα, et vel. Latin. « faciens (Fab., reddens.) corruptibile corpus. » IBID.

(28) Κατ' ἀλήθειαν. Anastas. ἀληθῶς, et vel. Latin. « vere. » IBID.

(29) Διὰ μὲν τοῦ πρώτου. Anastas. διὰ μὲν γὰρ τοῦ πρ. Vet. Latin. « Propterea in primo, » ut habet codex Petavianus; vel, « et primo » ut alii. IBID.

(30) Ὁ ἐκπεσὼν ἐκ τῆς. Vide Prolegomen. IBID.

(31) Ἦ τὰ ἐνόητα λελόγισται ὡς μὴ ὄντα. Confer. Rom. iv, 17 et I Corinth. i. 28. IBID.

ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀρούσῃ σε, τρῶ μὴ προσκόψαι πρὸς λίθον τὸν πόδα σοῦ; Καὶ τὰ λοιπὰ προσποιῆ ἄγνοεῖν, κλέπτων ἃ περὶ σοῦ (32) καὶ τῶν σῶν προπόλων (33) πρῆφῆτευσεν. Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιθήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.

XI. Εἰ τοίνυν σὺ πάτημα τῶν ποδῶν τοῦ Κυρίου, πῶς πειράζεις τὸν ἀπειραστόν, ἐπιλαθόμενος τοῦ νομοθέτου παρακαλουμένου, ὅτι· Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου; Ἀλλὰ καὶ τολμᾷς, ἐναγέστατε, τὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα ἀικειοῦσθαι, καὶ σοὶ παραδεδοῦσθαι λέγειν (34) τὴν τούτων ἀρχήν· καὶ τὴν σὴν πτωχῶν προτείνεις τῷ Κυρίῳ (35), καὶ διδόναι τὰ αὐτοῦ αὐτῷ ἐπαγγέλλῃ, ἐν πτωχῶν ἐπὶ τῆς γῆς προσκυνήσῃ σοι. Καὶ πῶς οὐκ ἔφριξας τοιαύτην φωνὴν κατὰ τοῦ Δεσπότου (36) προτείνου, ὃ πάντων πονηρῶν πνευμάτων πονηρότερον ἐκ κακονοίας (37) πνέουμα; Διὰ γαστρὸς ἠτιήθης, καὶ διὰ κακοδοξίας ἠτιμάσθης· διὰ φιλοχρηματίας καὶ φιλαρχίας εἰς ἀσίβειαν ἐφέλκῃ (38)· Σὺ ὁ Βελίαρ ⁹² (39), ὁ δράκων,

⁹² Matth. iv, 6. ⁹³ Psal. xc, 13. ⁹⁴ Deut. vi, 16.

(32) Κλέπτων ἃ περὶ σοῦ. Pronomen ἃ, in Augustano codice desideratum, ex Nydrucciano restitimus: quod et a vetere Latino interprete est agnitum, ita locum reddente: « furans, » (auferens substituit Faber) « ea quæ de te. » Sensus enim est (ut in libro II *Observat. sacr.*, cap. 7, notavit Billius): « diabolus Christo quidem hos Davidis versus callide proferre: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in manibus suis*; quæ autem sequuntur, dissimulare se scire; versule, nimirum, reticentem quæ deinde de eo propheta vaticinabatur: *Super aspidem et basiliscum ambulabis.* » Morelius vero (et eum secutus Vairlenius) loco pronominis ἃ, negativum οὐ supponens (quod etiam in ms. Florentino nos invenimus) participium κλέπτων ad præcedentem sententiam retulit, et sequentem interrogative hunc in modum reddidit: « Nonne de te ac tuis ministris prophetavit? » Usser.

(33) Προπόλων. Vet. Latin. « ministris, » unde Græcam vocem restituit hic Morelius; pro qua, et in Augustano et in Nydrucciano codice, legebatur, πρὸ πολλῶν, *dudum*; in Florentino προπολῶν, conjunctim. *Ibid.*

(34) Λέγειν. Vox hæc ex codice Nydrucciano reposita hic est, ex vetere Latino interprete. *Ibid.*

(35) Προτείνεις τῷ Κυρίῳ. Vet. Latin. « extendis contra Dominum; » vel, ut Faber edidit, « ostendis contra Dominum Deum tuum, » *Ibid.*

(36) Δεσπότου. Cod. Florent. Κυρίου. *Ibid.*

(37) Ἐκ κακονοίας. Vet. Latin. « pro malitia, » vel, « pro tua malitia, » ut alii libri habent. Vid. *Prelegomen.* *Ibid.*

(38) Ἐφέλκῃ. Cod. Nydrucc. ἀφέλκῃ. Vet. Latin. « deductus es, » quod tamen active exponendum censet Jacobus Billius (*Observat. sacr.* lib. II, cap. ult.) « pertrahis, » vel, « allicere conaris. » In hoc enim (inquit) sensu Græci semper ἐφέλκεσθαι dicunt, non ἐφέλκειν: quemadmodum in superiore ad Mariam Castabalitam Epistola: Ἐκείναι τοὺς παριόντας τῷ εἶδει ἐφέλκονται. Et licet ἀφέλκῃ Jacobus Brunnerus hic legerit, active tamen illud et ipse interpretatus est; totum hunc locum ista explicans paraphrasi: « Ventris libidine vincere Dominum non potuisti: honoris cupiditate aggressus cum dedecore recessisti; nunc habendi amore, imperandique aviditate, eundem pertrahere ad impietatem non desistit. » *Ibid.*

(39) Βελίαρ. Interpres, « incensor. » Nihil enim necesse est mutare. Cum Bel seu Belus de sole ac

et in manibus tollent te, ut non offendas ad lapidem pedem tuum ⁹³? Ac cætera fingis te ignorare, surlim ea subtrahens, quæ de te tuisque ministris prophetavit: *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem* ⁹⁴.

XI. Si itaque tu es conculcatio pedum Domini, quomodo tentas eum qui tentari non potest, oblitus legislatoris præcipientis: *Non tentabis Dominum Deum tuum* ⁹⁵? Sed etiam audes, scelestissime, Dei opera tibi vindicare, tibi que *traditum* ⁹⁶ horum dominium dicere: et lapsum tuum proponis Domino; quæque ipsius sunt, hæc ipsi te daturum promittis, si *cadens in terram autoraverit te* ⁹⁶. Et quomodo non horruisti ejusmodi vocem adversus Dominum emittere, omnium malorum spirituum spiritus pessime ob malignitatem? Per ingluviem victus es, per vanam gloriam dedecore affectus; per avaritiam et ambitionem pertrahis ad impietatem. Tu. Beliar, draco, desertor, serpens tortuose,

⁹⁵ Luc. iv, 6. ⁹⁶ Matth. iv, 9. ⁹⁷ ms. Βελίας.

igne soleat exponi, facillimumque sit eo Hebraicam originationem adducere. Quas inter interpretationes, has quoque invenit in cod. Regio 772: Βελίαρ· ἀποστῆτης ἢ παραδῆτης, ἢ ἐκζητής, ἢ τυφλῶν (ἢ τυφλῶν) ὡς. *Cor.* — Σὺ ὁ Βελίαρ. In pseudo-Sibyllinis carminibus aliquoties nomen istud occurrit Antichristo attributum, ut in libro II: Καὶ Βελίαρ θ' ἔξει, καὶ σίματα πολλὰ ποιήσει. Et in ipso libri ut initio:

Ἐκ δὲ Σαβαστηγῶν ἔξει Βελίαρ μετόπισθεν.

Apostolus, in loco superius (in additamentis Epistolæ ad Ephesios) ex II Corinth. vi, 15, citato, ipsum diabolum Βελίαρ, ut antiquiores habent codices, vel ut alii cum editione vulgata Latina (terminatione Hebraica retenta) Βελίαλ appellat, « hoc est *absque iugo*; quod de collo suo Dei abjecerit servitutem; » ut libro II, *Comment. in Epist. ad Ephes.*, cap. 4, habet B. Hieronymus Sed Hebraicum *בְּעִיָּא* quod ille a *בְּעַיָּא* deducit alii a *בְּעַיָּא* derivare malunt: ut « filius Belial » sit homo *בְּעַיָּא* *בְּעַיָּא* ἀχρηστὸς ἀνὴρ, Hesiodo dictus, id est « nequam. » Ita enim in Philoxeni Glossario Latino Græco: *Nequam est ἀχρηστὸς, nequitia ἀχρηστότητος* in alio anonymo: *Nequior ἀχρηστὸς* et in alio: *Nequam ἀχρηστὸς, nequitia ἀχρηστότητος*, et in Græco-Latino Cyrilli Glossario, *ἀχρηστὸς nequima, ἀχρηστὸς nequissimus, et ἀχρηστὸς nequitia*, quemadmodum et apud A. Gellium, lib. II, cap. 14. et lib. XVII, cap. 6, *nequam* et *nihili sive nullius pretii*, pro iisdem accipiuntur. Hoc vero in loco pro σὺ ὁ Βελίαρ, tu « incensor, » in vetere legitur interprete: ad quam ἐτυμολογίαν, in illis libri in Sibyllinorum de conflagratione mundi versiculis, allusionem esse factam fortasse quis putaverit.

Ἀλλ' ὅταν μεγάλιο Θεοῦ πελάσωσιν ἀπειλαί, καὶ ὄναμις φλογέουσα εἰς οἶδατος εἰς γαῖαν ἔξει, καὶ Βελίαρ φλέξει, καὶ ὑπερφιάλους ἀνθρώπους πάντας, ὅσοι τούτῳ πιστὴν ἐνεποιήσαντο

*Verum quando Dei prædicta minacia magni
Advenient, terra que petet flammata potestas
Inflata, exuret Beliar, hominesque superbos
Omnes, quotquot ei fuerint per fœdera juncti*

Sed « incensor » hic legendum Thorndikius noster conjicit: « ut tangat interpretes fabulam (sive parabolam appellare placet) veterum Hebræorum, de qua in *More Nebachim*, 2, 3, et apud Abrabanaelem

qui a Deo defecisti, qui a Christo separatus es, qui a Spiritu sancto alienatus, qui e choro angelorum pulsus es, legibus Dei injurie, legitimorum hostis, qui contra primum formatos homines insurrexisti, et a Dei præcepto expulisti eos a quibus læsus non fueras; qui adversus Abelem excitasti homicidam Cainum, qui contra Jobum arma sumpsisti⁹⁹; Domino dicis: *Si cadens adoraveris?* O audaciam! o vesaniam! serve fugitive, serve flagrio, rebellas contra bonum dominum? Tanto domino, Deo omnium intelligibilium et sensibilium dicis: *Si cadens adoraveris me?*

XII. Dominus vero longanimis est, nec in nihilum redigit talia ex inscitia audentem, sed placide respondet: *Vade, Satana.* Non ait: *Vade post me;* nec enim fieri potest, ut convertatur; sed: *Vade, Satana*¹, in ea quæ elegisti, vade in ea ad quæ per malevolentiam provocatus es. Ego enim qui sim, et a quo missus sim cognosco, et quem adorare oporteat scio. *Dominum enim Deum tuum adorabis, et illi soli servabis*² Novi unum; scio solum, cujus tu desertor factus es. Non sum Deo adversus. Confiteor excellentiam; cognovi generationis meæ auctorem, Patrem.

XIII. Hæc, fratres, ex affectu quem habeo erga vos, coactus sum scribere; ad Dei gloriam vos

⁹⁹ al. ἡλίως et ἡ ἀπατήσας. ⁹⁹ I. Interpol. ad Smyrn. 7. ¹ Matth. iv, 10. ² Matth. iv, 10; Deut. vi, 13.

in *Genesis*, de Sannacle serpentem inequitante, quo alludere videtur Methodius in *Origenem*, apud Epiphanium: Ὡ ἐπιβάντων ὁ πονηρὸς καὶ ἐποχούμενος, πολλάκις κατ' ἡμῶν ἐγκαλεῖται. Eodem respicit et alicubi homiliarum in *Legem* Origenes. Ita ille. USSER.

(40) Ὁ δράκων, ὁ ἀποστάτης. Sic et idem supra, in assumptis Epistolæ ad Philadelphenos τὸν δράκοντα τὸν ἀποστάτην nominat, ex Job xxvi, 13, ut et Joannes in Apocalyps. xii, 9, et xx, τὸν δὲ ἀκόντα, τὸν ὄφιν, τὸν ἀρχαῖον ὃς ἐστὶ διάβολος καὶ Σατανᾶς. Videtur autem hic additum ut interpretamentum illius quod proxime præcesserat, ὃ ὁ Βελίαρ. Ita enim Hesychius: Βελίαρ, δράκων. Theophylactus, in II Corinth. vi: Βελίαρ σημαίνει τὸν ἀποστάτην. OEcumenius: Βελίαρ τῆ Ἑβραίων φωνῆ τὸν ἀποστάτην δηλοῦν, quod uterque ex Chrysostomi in eam Epistolam homilia 13 hausit. Sic et Hieronymus in Nahum cap. iii: « Nequaquam ultra pertransibit per te prævaricator et ἀποστάτης hoc enim interpretatur » ἡ ἀποστασία. Id enim « Aquila apostatam transtulit, » ut in commentariis ad cap. iv Epistolæ ad Ephesios notavit idem. Indequæ virum Belial, Proverb. xvi, 27, virum ἀποστασίας sive « rebellionis » Aquila reddidit; et ubi in LXX editione, III Reg. xxi, 13: Υἱοὶ παρανομῶν pro « filiis Belial » leguntur; in vulgatis nostris libris, ἄνδρες τῆς ἀποστασίας positi reperiuntur. Ibi.

(41) Ὁ σκολιὸς ὄφιν. Ex Isai. xxvii, 1: Ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν σκολιόν, unde et Gregorii Nazianzeni illud (in orat. 10) de Juliano Apostata: Κατὰ τὸν σκολιὸν ὄφιν, ὃς τὴν ἐκείνου κατέσχε ψυχὴν. « instar flexuosi illis serpentis, qui ipsius animam obsidebat. » Ibi.

(42) Ὁ τοῦ Θεοῦ ἀποστάς, ὁ τοῦ Χριστοῦ χωρισθεὶς. Desiderantur ista in apographo nostro Florentino. Ibi.

(43) Τῆς ἐντολῆς ἐξώσας. Vet. Latin. « a man-

ἄποστατης (40), ὁ σκολιὸς ὄφιν (41), ὁ τοῦ Θεοῦ ἀποστάς, ὁ τοῦ Χριστοῦ χωρισθεὶς (42), ὁ τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἀλλοτριωθείς, ὁ τοῦ γοῦρου τῶν ἀγγέλων ἐξώσθεϊς, ὁ τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ ὑβριστής, ὁ τῶν νομίμων ἐχθρὸς, ὁ τοῖς πρωτοπλάστοις ἐπαναστᾶς καὶ τῆς ἐντολῆς ἐξώσας (43) τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντάς σε⁹⁶, ὁ τῷ Ἀβελ ἐπαναστήσας τὸν ἀνθρωποκτόνον Κάιν, ὁ τῷ Ἰωὺ ἐπιστρατεύσας, λέγεις τῷ Κυρίῳ Ἐάν περὶν προσκυνήσης μοι; Ὡ τῆς τόλμης, Ὡ τῆς παρακλήσεως! δοῦλος δραπέτης, δοῦλος μαστιγῆς, ἀφρηῖς τοῦ καλοῦ δεσπότη; Δεσπότη τηλικούτω, Θεῷ πάντων τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν λέγεις Ἐάν περὶν προσκυνήσης μοι.

XII. Ὁ δὲ Κύριος μακροθυμεῖ, καὶ οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν ἀναιρεῖ (44) τὸν ἀπὸ ἀγνοίας τοιαῦτα θρασυμένον, ἀλλὰ πρῶτος (45) ἀποκρίνεται Ἵπαγε, Σατανᾶ. Οὐκ εἶπεν Ἵπαγε ἀπίσω μου; οὐ γὰρ ὑποστρέψαι σίός τε ἀλλά. Ἵπαγε, Σατανᾶ, ἐν οἷς ἐπαλέξω (46), Ὑπαγε ἐν οἷς ἠρεθίσθης (47) ἐκ κακότητος. Ἐγὼ γὰρ ὅστις εἰμὶ γινώσκω, καὶ ὑπὸ τίνος ἀπέστλματι, καὶ ὄν χρὴ προσκυνεῖν ἐπίσταμαι. Κύριον γὰρ τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Οἶδα τὸν ἕνα, ἐπίσταμαι τὸν μόνον (48), οὐ σὺ ἀποστάτης γέγονας. Οὐκ εἰμὶ ἀντίθεος (49). Ὁμολογῶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπίσταμαι τὸν τῆς ἐμῆς γεννήσεως αἴτιον, τὸν Πατέρα (50).

XIII. Ταῦτα, ἀδελφοὶ ἀπὸ διαθέσεως, τῆς πρὸς ὑμᾶς, ἠναγκάσθη ἐπιστεῖλαι, εἰς ὄψαν Θεοῦ παραινῶν,

⁹⁶ al. ἡλίως et ἡ ἀπατήσας. ⁹⁹ I. Interpol. ad Smyrn. 7. ¹ Matth. iv, 10. ² Matth. iv, 10; Deut. vi, 13.

dato Dei eos avertisti. « Pro ἐξώσας, in Augustano et Florentino codice habetur ἡλίως, in Nydruciano ἡ ἀπατήσας; sed emendavisse se dicit Morelius, « ex collatione loci alterius, ubi hæc prope modum verba repetuntur. » Locus ille habetur in additamentis Epistolæ ad Smyrναeos, τοῦ τὸν Ἀδάμ διὰ τῆς γυναικὸς τῆς ἐντολῆς ἐξώσαντος, τοῦ τὸν Ἀβελ διὰ τοῦ Κάιν ἀποκτείναντος, τοῦ τῷ Ἰωὺ ἐπιστρατεύσαντος. « Qui Adam a Dei mandato avertit per feminam, Abel per Cain occidit, adversus Job arma sumpsit. » Ibi.

(44) Καὶ οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν ἀναιρεῖ. Vet. Latin. « non in præsentī interficit, » vel, ut Faber edidit, « qui non in præsentī et illico interficit. » Ibi.

(45) Πρῶτος. Ita eod. Nydruce. et Florentin similiterque vet. Latin. « mansuetē. » Augustan. πρῶτος Ibi.

(46) Ἐν οἷς ἐπαλέξω. Vet. Latin. « in ea qua tibi elegisti, » nam « loca, » quæ addit Faber in mss. non invenio. Ibi.

(47) Ἐν οἷς ἠρεθίσθης. Florentin. ἐν οἷς ἠρεθίσθης. Vet. Latin. « in (ea addit Faber) quibus provocatus es. » Vairlenius sine causa legendum putat, ἠρεθίσθης (nam in Pacæi codice, ἠρεθίσθης, forte legisse, inepte notavit hic Mæstræus) id est « elegisti, sectatus es sive amplexus es. » Ibi.

(48) Οἶδα τὸν ἕνα, ἐπίσταμαι τὸν μόνον. Vet. Latin. « Scio enim et novi unum solum, non denego servire. » Vide Prolegomen. cap. 12. Ibi.

(49) Οὐκ εἰμὶ ἀντίθεος. Vet. Latin. : « Non enim sum antitheus; » deinde explicationis gratia additur, « hoc est (vel, id est) contrarius Deo. » Vetus Glossarium ineditum: Ἀντίθεος, ὁ τῷ Θεῷ ἀντιπράττων, ἢ ἐχθρὸς, ἢ ἰσόθεος. Ibi.

(50) Ἐπίσταμαι τὸν τῆς ἐμῆς γεννήσεως αἴτιον, τὸν Πατέρα. Vetus interpres Latinus longe plura hic habet: « Et non recuso adorare eum, quem novi nativitatē meæ auctorem et Dominum, atque

οὐχ ὡς ὢν τί (51), ἀλλ' ὡς ἀδελφός. Ἰποτάσσεσθε τῷ ἐπισκόπῳ, τοῖς πρεσβυτέροις, τοῖς διακόνοις. Ἀγαπάτε ἀλλήλους ἐν Κυρίῳ, ὡς Θεοῦ ἀγάλματα. Ὁρᾶτε, οἱ ἄνδρες, ὡς ἴδια μέλη τὰς γυναῖκας στέργετε (52). Αἱ γυναῖκες, ὡς ἐν οὖται τῇ συναφείᾳ⁵ (53), στέργετε τοὺς ἐαυτῶν ἄνδρας. Εἴ τις ἀγνεύει (54), ἢ ἐγκρατεύεται, μὴ ἐπαίρεισθω, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθόν. Τὰς ἑορτὰς μὴ ἀτιμάζετε (55). Τὴν τεσσαρακοστὴν μὴ ἐξουθενεῖτε (56), μίμησιν γὰρ περιέχει τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας. Μετὰ⁶ τὴν τοῦ Πάθους ἑβδομάδα (57), μὴ παρορᾶτε τετράδα καὶ παρασκευὴν, νηστεύοντες, πένησιν ἐπιχορηγούντες τὴν περισσεύον. Εἴ τις Κυριακὴν ἢ Σάββατον νηστεύει (58), πλὴν ἑνὸς Σαββάτου⁷ τοῦ Πάσχα (59), οὗτος Χριστοκτόνος ἐστίν (60).

³ deest in ms. ⁴ Ephes. v ; *Const. ap.* vi, 29. ⁵ ms. τῆς συναφείας. ⁶ al. καί. ⁷ ms. μόνου. ⁸ l. *Const. ap.* v, 13 ; *Can. ap.* 61. ⁹ l. *Const. ap.* v, 13, 20 et vii, 23. ¹⁰ l. *Const. ap.* v, 13, 15, 18, 19, 20 et vii, 23 et *Can. ap.* 56. ¹¹ l. *Const. ap.* ii, 61 et vi, 5, 25 et vii, 38.

meæ perseverantiæ custodem. Ego enim, inquit, vivo propter Patrem. » USSER.

(51) Οὐχ ὡς ὢν τί. Florentin. οὐχ ὢν τί. Vet. Latin. « non quasi extraneus. » *IBID.*

(52) Ὁρᾶτε, οἱ ἄνδρες, ὡς ἴδια μέλη τὰς γυναῖκας στέργετε. Vet. Latin., « Videte ergo, viri ; diligite (ut diligatis, Faber edidit) uxores vestras, sicut propria membra. » Quoad sententiam, habetur præceptum hoc apud B. Paulum, Ephes. v, 28 : Ὁφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἐαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα, et quoad ipsa verba fere, in *Constitution. apostol.* lib. vi, cap. 23 : Οἱ ἄνδρες, στέργετε τὰς ἐαυτῶν γυναῖκας ὡς ἴδια μέλη. *IBID.*

(53) Ὡς ἐν οὖται τῇ συναφείᾳ. Florentin. ὡς ἐν οὖσαι τῆς συναφείας. Vet. Latin. « sicut unitatis tactu. » Vid. not. in *Epist. ad Philadelph.* *IBID.*

(54) Εἴ τις ἀγνεύει. Usque ad finem capituli, profertur a Nicone serm. 57, τοῦ Πανδέκτου, cod. Reg. 2423, 2424. Ubi habetur τὸν μισθόν αὐτοῦ, quomodo legebat antiquus interpretes ; et τοῦ Πάσχα deest, sicut in codice Joliano aliisque. *COT.*

(55) Τὰς ἑορτὰς μὴ ἀτιμάζετε. Vid. Prolegomen. cap. 13. USSER.

(56) Τὴν τεσσαρακοστὴν μὴ ἐξουθενεῖτε. Vid. *IBID.*

(57) Μετὰ τὴν τοῦ Πάθους ἑβδομάδα. Aut indiligenter versatus est in imitandis apostolicis Constitutionibus, aut scribi debet etiam ex interprete, καὶ τὴν τοῦ Πάθους ἑβδομάδα μὴ παρορᾶτε τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύετε, πένησιν ἐπιχορηγούντες τὴν περισσεύον, nisi malis cum laudato ms. 2423, τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύοντες, πένησιν ἐπιχορηγεῖτε τὴν περισσεύον. *COT.* — Μετὰ τὴν τοῦ Πάθους ἑβδομάδα μὴ παρορᾶτε, τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύοντες Id ita Vairlenius et Mastræus interpretantur : « Post passionis Dominicæ hebdomadam jejunaire quartis et sextis ne negligatis, » et post eos Halloixius in *Vitæ Ignatii* cap. 22 : « Post Passionis hebdomadam diei quartæ et sextæ jejunia nolite despiciere. » Atqui post Passionis Dominicæ hebdomadam, per septem continuas septimanas, quartæ et sextæ feriæ jejunium in veteri Ecclesia intermitti fuisse solitum, ex iis quæ in 8 Prolegomenon capite sunt dicta, satis liquet. Vedelius (exercit. 10 in hanc Epistolam, cap. 4) duplicem ab interpretibus istis errorem commissum esse asserit. Unum, quod τὸ μετὰ ab illis cum sequentibus male fuerit conjunctum : cum hic more Græco absolute ponatur, et ad antecedentia referatur, ut sensus sit : « Postea, » id est « post Quadragesimam, ne negligite hebdomadam Passionis. » Alterum, quod cum verbis τετράδος, etc., determinetur modus quo celebranda sit Sancta, quam vocant, hebdomas ; nimirum, per quarti diei et parasceves jejunium istius

A cohortans, non quasi aliquid sim, sed tanquam frater. Subjecti este episcopo, presbyteris, diaconis⁴. Diligite vos mutuo in Domino, ut Dei simulacra. Videte, viri ; uxores vestras velut propria membra amate. Item, mulieres, diligite vestros viros, utpote quæ unum estis conjunctione. Si quis caste vel continenter vivit, non extollatur, ne perdat mercedem. Festos dies ne debonestetis⁸. Quadragesimam ne spernatis : continet enim imitationem conversationis Dominicæ⁹. Post Passionis hebdomadam, ne quartam et sextam feriam negligatis ; sed jejunate, reliquias pauperibus elargientes¹⁰. Si quis Dominicam aut Sabbatum jejunarit, uno excepto Sabbato Paschæ, hic Christi infector est¹¹.

³ deest in ms. ⁴ Ephes. v ; *Const. ap.* vi, 29. ⁵ ms. τῆς συναφείας. ⁶ al. καί. ⁷ ms. μόνου. ⁸ l. *Const. ap.* v, 13 ; *Can. ap.* 61. ⁹ l. *Const. ap.* v, 13, 20 et vii, 23. ¹⁰ l. *Const. ap.* v, 13, 15, 18, 19, 20 et vii, 23 et *Can. ap.* 56. ¹¹ l. *Const. ap.* ii, 61 et vi, 5, 25 et vii, 38.

ipsius tantum hebdomadis (id quod vocem parasceves sufficienter notare, totumque textum arguere ait) illi omnes ferias quartas et sextas interpretentur. Verum ad vocem « parasceves » quod attinet : ea ab evangelista Marc. xv, 42, simpliciter exponitur προπέδωτον, et a scriptoribus ecclesiasticis non pro sanctæ tantum, sed etiam pro cujusvis hebdomadis feria sexta indifferenter sumitur : ut et loca illa, quæ a doctissimo Brissonio in libro *De spectaculis* sunt citata, evincunt, et quæ a nobis ex libris *Apostolicarum constitutionum* in dicto illo 8^o Prolegomenon capite sunt producta, in quo et ex Epiphanio est ostensum, veteris Ecclesiæ catholicæ, in partibus præsertim orientalibus, cum fuisse consuetudinem, ut omnibus totius anni quartis et sextis feriis (septem hebdomadibus, Paschalem Dominicam proxime insequentibus, tantum exceptis) jejunium observaretur. Itaque textu integriore veterem Ignatii interpretem usum fuisse apparet ; duo hic præcepta ita distinguentem : « Hebdomadam etiam Passionis nolite despiciere. Quarta feria et sexta » (ut nos ex Magdalensensi codice edidimus), vel (ut alii habent libri) « quarta vero et sexta feria jejunate. » Ubi, in priore, pro μετὰ legit καί, quomodo etiam in Nydrucciano codice adhuc legitur, in posteriore νηστεύετε pro νηστεύοντες invenisse videtur. Similiter Brunnerus quoque reddidit : nisi quod, festinans, « quintum » diem pro « sexto » substituerit. « Et Passionis hebdomadam ne despiciate : quarto quintoque die (qui Parasceve est) jejuniis vacate. » USSER.

(58) Εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει. Vid. Prolegomen. cap. 13. *IBID.*

(59) Πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ Πάσχα. Cod. Florentin., πλὴν ἑνὸς μόνου. Augustan. πλὴν ἑνὸς σαββάτου. Ab utroque vero aberrat τοῦ Πάσχα, quod ex Nydrucciano, et vetere Latino interprete, restitui-mus. Paschalis autem, sive magna hebdomas, veteribus ea appellata est, quæ Dominicam Resurrectionis proxime antecessit : de cujus jejunio, in Prolegomen. cap. 8 est dictum. Huc vero referatur canon apostol. 66 : Εἴ τις κληρικὸς εὐρεθῇ τὴν Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ Σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. « Si quis clericus die Dominico, vel Sabbato, uno duntaxat excepto, jejunaire deprehensus fuerit, deponatur ; » et *Constitutionibus apostol.* libri v, cap. ult. : Πᾶν μὲν τοῦ Σάββατον, ἀνευ τοῦ ἑνὸς, καὶ πᾶσαν Κυριακὴν ἐπιτελοῦντες

[συνόδους
(60) Χριστοκτόνος ἐστίν. Hoc est Christianarum legum contemtor, instar Judæorum. Sed modum excedit Græculus : sicut vice versa Latinus ille Sabbati jejunator, adversus quem S. Augustinus scripsit epistolam 86. *COT.*

XIV. Orationes vestrae extendantur usque ad Antiochenam Ecclesiam, unde et vinculus Romani abducor. Saluto sanctum episcopum Polycarpum; saluto sanctum episcopum Vitalium, et sacrum presbyterium, conservosque meos diaconos; pro quorum animabus ego sim. Extremam iterum salutem dico episcopo et presbyteris in Domino. Si quis cum Judæis celebrat Pascha, aut symbola festi illorum recipit, particeps est eorum qui Dominum occiderunt et apostolos ejus.

XV. Salutant vos Philo et Agathopus diaconi. Saluto cœtum virginum, et ordinem viduarum; quibus utinam fruam. Saluto populum Domini, a parve usque ad magnum¹⁴. Transmisi vobis has litteras meas per Euphanium lectorem, virum a Deo honoratum, ac fidelissimum, naclus eum circa Rhegium, cum jam nave subvehendus esset. Memores estote vinculorum meorum¹⁶, ut consumer in Christo. Valête corpore, anima, spiritu, perfecta

¹² abest hæc salutatio a ms. ¹³ al. αντίψυχον. ¹⁴ ¹⁵ al. Πηγίονα f. Πηγίον. ¹⁶ Col. iv 18.

συνόδους εὐφραίνεσθαι. «Omni Sabbato, præter unum, et cunctis Dominicis diebus, conventus ecclesiasticos celebrantes, lætitia fruimini. : Quodnam vero Sabbatum illud unum fuerit, in libri vii capite 24, explicatur: «Ἐν δὲ μόνον Σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ταύτης, ὅπερ νηστεύειν προσήκειν, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν.» Unum autem Sabbatum servandum vobis est in toto anno, illud nimirum sepulture Domini; in quo jejunare oportet, non festum agere;» et lib. v, 14: Οὐχ ὅτι δεῖ τὸ Σάββατον νηστεύειν, κατὰ παυσαν δημιουργίας ὑπάρχον, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνο μόνον γὰρ νηστεύειν, τοῦ Δημιουργοῦ ἐν αὐτῷ ἐστὶ ὑπὸ γῆς οὐτος. « Non quod conveniat in Sabbato jejunium servare, cum in eo cessatio conditi operis sit: sed quod in illo tantum jejunare oportet, in quo ipse Conditor subitus terram mansit.» Unde ratio intelligitur, cur Augustinus in epist. 19 ad Hieronymum, cap. 2, Sabbatico jejunio diem Paschalis vigiliæ, id est Sabbatum magnum excipiat. USSER.

(61) Ἀσπάζομαι τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Πολύκαρπον. Non habentur ista in Nydprucciano codice. IBID.

(62) Ἀντίψυχος. Cod. Florentin, αντίψυχον. Vid. Prolegomen. cap. 5. IBID.

(63) Συντάσσομαι τῷ ἐπισκόπῳ. Vet. Latin., « dico episcopis;» vel « episcopo,» ut habent libri editi. Συντάσσομαι autem, et pro διατάσσομαι, « edico,» quandoque sumitur; et pro ἀποτάσσομαι, « valedico,» ut ostendit Billius, *Sacrar. observat.* lib. i, cap. 22, et lib. ii, cap. 7, quemodo et hoc in loco accipiendum esse putat, pro « extremam salutem dico.» Hesych.: Συντάξασθαι, ἀσπάζασθαι. IBID.

(64) Ἐῖ τις μετὰ Ἰουδαίων, etc. Lege II Esd. viii, 12; Esth. ix: *Canones apostolorum*, v, 62; Laodicenos xiv, 37, 38; Trullanum 11; Gregorii theologi epistolas 53, 54, 87, 113; Basilii 404, synodum Berytensem actione 10; concilii Chalcedonensis p. 286, et Uranium *De obitu S. Paulini Nolens* s sub finem.

Sequuntur alia adulterina: ad quæ abunde diligentiam adhibuit doctissimus Usserius. Ego in Catalogo manuscriptorum ecclesiæ S. Petri Bellouacensis ita legi: « Epistolæ duæ aut tres, B. Ignatii martyris ad B. Mariam virginem et ad S. Joannem evangelistam, quæ inventæ fuerunt Lugduni, tempore concilii Innocentii papæ IV et de Græco in

XIV. Αἱ προσευχαὶ ὑμῶν ἐκταθείησαν εἰς τὴν Ἀντιοχείας Ἐκκλησίαν, ὅθεν καὶ δέσμιος ἀπάγομαι εἰς Ῥώμην¹². Ἀσπάζομαι τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Πολύκαρπον (61). Ἀσπάζομαι τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Βιτάλιον, καὶ τὸ ἱερὸν πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς συνδούλους μου τοὺς διακόνους ὡς ἐγὼ ἀντίψυχος¹³ (62) γενόμεν. Ἐτι συντάσσομαι τῷ ἐπισκόπῳ (63) καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ἐν Κυρίῳ. Ἐῖ τις μετὰ Ἰουδαίων (64) ἐπιτελεῖ τὸ Πάσχα, ἢ τὰ σύμβολα τῆς ἑορτῆς αὐτῶν δέχεται (65), κοινωνός ἐστι (66) τῶν ἀποκτεινάντων τὸν Κύριον καὶ τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ.

XV. Ἀσπάζονται ὑμᾶς Φίλων καὶ Ἀγαθόπους οἱ διάκονοι. Ἀσπάζομαι τὸ σύστημα τῶν παρθένων, τὸ τάγμα τῶν χηρῶν ὧν καὶ ἐναίμην. Ἀσπάζομαι τὸν λαὸν Κυρίου, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Ἀπέστειλα ὑμῖν ταῦτά μου τὰ γράμματα διὰ Εὐφρανίου (67) τοῦ ἐναγνώστου, ἀνδρὸς θεοτιμῆτου καὶ πιστοτάτου, συντοχῶν περὶ Ῥηγίονα¹⁵, ἀναγομένου ἐν πλοίῳ (68). Μέννησθέ μου τῶν δεσμῶν, ἵνα τελειωθῶ ἐν Χριστῷ. Ἐβόρωσθε σαρκί, ψυχῇ, πνεύματι (69), τέλεια φρο-

l. inf. *Can. ap.* v, 62; l. Ignat. interpol. ad Trall. xi

Latinum conversæ.» Quod autem vulgo existimatur S. Bernardum sermone 7 in *Psalmum* xc meminisse epistolæ ad Mariam matrem Domini, hoc refellitur cum per orationis contextum, tum per vocabulum «quandam,» quod ex mss. addidit Joannes Mabilionius, pietate juxta et doctrina spectabilis monachus Benedictinus: «Magnus ille Ignatius,» verba sunt Bernardi, «discipuli quem diligebat Jesus auditor, martyr noster; ejus pretiosis reliquiis nostratata est paupertas; Mariam quandam in pluribus, quas ad eam scripsit, epistolis Christiferam consalutat. Egregius plane titulus dignitatis, et commendatio honoris immensi. Nempe cui servire, regnare est; gestare hunc, non onerari est, sed honorari.» Per «Mariam quandam,» Mariam proselytam designat, non Mariam Dei genitricem. Cot. — Ἐῖ τις μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελεῖ τὸ Πάσχα. Vid. Prolegomen. cap. 14. USSER.

(65) Ἡ τὰ σύμβολα τῆς ἑορτῆς αὐτῶν δέχεται. Vid. *ibid.* IBID.

(66) Κοινωνός ἐστι. Vet. Latin. «communis est eis,» ut habent mss., vel, ut Faber edidit, «comparticipabit eis.» Vide Prolegomen. IBID.

(67) Ἀπέστειλα ὑμῖν ταῦτά μου τὰ γράμματα διὰ Εὐφρανίου, etc. Circumstantiarum, quæ hic memorantur, σμικρολογίαν non sapere Ignatii gravitatem arbitratur Vedelius, qui et ex Mæstræi Latina versione (cum qua consentit et Petavianum veteris interpretationis exemplar) Εὐφρανίου nomen textui Græco inseruit; cum Εὐφρανίου in omnibus libris antea legeretur. IBID.

(68) Συντοχῶν περὶ Ῥηγίονα (vel Πηγίονα, ut est in ms. Florentino) ἀναγομένου ἐν πλοίῳ. Vet. Latin. «qui mihi occurrit in regionem jam navem ascensuro.» Vairlenius, et eum secutus Mæstræus: «forte nactus eum circa regionem, cum jam navem ascensurus esset.» Halloixius (Notat. in cap. 9 *Vitæ Ignatii*): «nactus eum circa Rhegium, jam navigium conscendentem.» In prima enim et antiquissima Valentini Pacæi editione, voci Ῥηγίονα ultimum α, vitio typographiæ, ex sequenti voce ἀναγομένου

(69) Σαρκί, ψυχῇ, πνεύματι. Oratio ἀσύνδετος, quam ex Vairleniana versione supplevit Mæstræus, καὶ πνεύματι legendo; cum pari ratione ex veteris interpretis translatione reponere potuisset, καὶ ψυχῇ καὶ πνεύματι. IBID.

νοῦντας, ἀποστρεφόμενοι τοὺς ἐργάτας τῆς ἀνομίας, καὶ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας φθορεῖς, ἐνδυναμούμενοι ἐν τῇ χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. **A** sentientes, aversati operarios iniquitatis, et corruptores verbi veritatis; confortati in gratia Domini nostri Jesu Christi ¹⁷.

B. IGNATII

AD S. JOANNEM APOSTOLUM ET EVANGELISTAM EPISTOLA.

Joanni sancto seniori Ignatius (70), et qui cum eo sunt fratres (71).

De tua mora dolemus graviter, allocutionibus et consolationibus tuis roborandi. Si tua absentia pretendatur, multos de nostris destituet. Propere igitur venire, quia credimus expedire. Sunt et hic multæ de nostris mulieribus, Mariam Jesu videre cupientes, et quotidie a nobis (72) ad vos discurrere volentes, ut eam contingant, et ubera ejus tractent, quæ Dominum Jesum aluerunt, et quædam secretiora ejus percunctentur ipsam. Sed et Salome (73) quam diligis, filia (74) Annæ, Hierosoly-

¹⁷ Luc. XIII, 27 cum Matth. VII, 23. ¹⁸ al. Hierosolymis anno, etc. ¹⁹ al. virtutum fecundam. ²⁰ al. et molestata.

γεμένου adhæsisse affirmat, atque ad posteriores editiones sic transisse. Sed longe antiquius hoc fuisse mendum, veteris interpretis versio arguit, qui « regionem » transtulit: licet ab auctore non minus antiquo Πήγιον hic lectum fuisse ego mihi persuadeam. Neque enim aliunde ineditum Actorum Ignatii scriptorem nomen illud hausisse existimaverim, extremum ipsius ita percurrentem: Τὸν ἅγιον δι' Ἀσίας δέσμιον ἦγον· ἐκείθεν τὰ ἐπὶ τῆν Θράκην καὶ Πήγιον, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, ὑποπιάζοντες τὸν δάσιον νοκτὸς καὶ ἡμέρας. Ἀπάραντες οὖν ἐκ Πηγίου τὸν ἅγιον, παραγίνονται ἐν τῇ Ρώμῃ, quam eandem urbem (Mamerlino freta a Sicilia diremptam) Italicarum primam fuisse ad quam Paulus appulerat, cum Romam similiter ex Asia fuisset abducendus, apostolica (Act. xxviii, 13) nos docet historia. USSER.

(70) *Ignatius.* « Suus Ignat. » in quibusdam editis legitur. **IBID.**

(71) *Qui cum eo sunt fratres.* Ita libri mss. et primæva editio, anni 1493. In aliis enim Fratris nomen ad initium epistolæ est translatum. « Frater de tua mora, » etc. **IBID.**

(72) *A nobis.* « Ad vos, » in iisdem additur. **IBID.**

(73) *Percunctentur.* *Ipsam enim et Salome.* **IBID.** « percunctentur ipsam Mariam Jesu. Est et Salome. » Edit. Paris. an. 1493; « percunctentur ipsam. S. et Salome. » In ms. Cantabrigiensi et D. Montacutii. post « percunctentur, » sequitur: « In Maria Jesu, humanæ naturæ natura sanctitatis angelicæ sociatur, » omissis reliquis omnibus, usque ad Epistolæ finem. **IBID.**

(74) *Filia.* Edit. Paris. an. 1493 « filiam, » **IBID.**

(75) *Annæ, Hierosolymis quinque mensib.* Ita et ea editio; cum 2 mss. collegii Magdalenensis et Lincolnensis apud Oxonienses, ubi nonnulli libri editi legunt: « Hierosolymis anno et quinque mensib. » Christophorus de Castro, in Historia Deiparæ cap. 23: « In priori scripta ad Joannem meminuit Salomæ filiæ Annæ; quam probavimus cap. 3, n. 16, non fuisse Annæ filiam, Deiparæque sororem;

mis ¹⁸ quinque mensibus (75) apud eam commorans (76), et quidam (77) alii noti referunt (78) eam (79) omnium gratiarum abundantiam (80), et omnium virtutum ¹⁹, more virginis, virtutis et gratiæ (81), fecundam. Et, ut dicunt (82) in persecutionibus et afflictionibus est hilaris; in penuriis et indigentis non querula; injuriantibus grata (83), ad molesta ²⁰ lætatur (84); miseris et afflictis conflictata (85) condolet, et subvenire non pigrescit. Contra vitiorum autem pestiferos conflictus (86) in pugna fidei (87) disceptans (88) enitescit. Nostræ (89) novæ religionis et penitentiae (90) est magistra; et apud

quavis hæc verba aliter sic rectius legantur: « Est et Salome quam diligis filia, anno Hierosol. et quinque mensibus apud eam commorata. » **IBID.**

(76) *Commorans.* Edit. Paris. an. 1493 « commorantes. » Colon. an. 1557 « commorata. » **IBID.**

(77) *Et quidam.* Edit. Paris. « Et quidem. » **IBID.**

(78) *Alii noti referunt.* Ita editio illa Paris. et ms. Magdalen ubi Lincoln. « alii vociferant, » edit. Colon. an. 1536 et Fr. Bivarius (in Dextri Chronic. an. Dom. 33, commentar. 1) « sorte notificavere, » edit. Colon. an. 1557, et P. Halloix, simpliciter: « notificavere. » **IBID.**

(79) *Eam.* Pro hac voce, quam in ms. Magdalen. desideratam ex Lincolnensi restitimus, primæva editio habet, « eam Mariam; » aliæ, « eandem matrem Dei. » **IBID.**

(80) *Abundam.* Primæva editio, cum 2 mss. Oxoniensib. legit « habundam: » alii libri editi, « abundantem; » edit. Colon. an. 1559: « esse abundantem » **IBID.**

(81) *Moro virginis, virtutis et gratiæ.* « Virtutis » vox a Bivarii editione abest; in duobus vero Oxoniensib. mss. et prima edit. anni 1493 nihil horum habetur. **IBID.**

(82) *Et, ut dicunt.* Ita duo illi mss. et prima editio; aliæ: « Quæ ut dicunt. » **IBID.**

(83) *Grata.* Ms. Magdalen. « læta. » **IBID.**

(84) *Ad molesta lætatur.* Ita Magdalen. ; edit. Paris. an. 1493 « et molesta » (vel « molestata, » ut est in ms. Lincoln.) « lætatur. » Edit. Colon. an. 1536 et Bivar. « et molesta re lætatur. » Colon. an. 1557 et P. Halloix. « et modesta in re læta. » **IBID.**

(85) *Coafflicta.* Bivar. « afflicta. » **IBID.**

(86) *Conflictus.* Edit. Paris. « insultus. » **IBID.**

(87) *In pugna fidei.* Ead. « impugna fide; » ms. Lincoln. « impugnat, fide. » **IBID.**

(88) *Disceptans.* Edit. Paris. « discooperta tum. » **IBID.**

(89) *Novæ.* Ms. Magdal. « vero. » **IBID.**

(90) *Et penitentiae.* Deest in edit. Paris. et ms. Lincoln. **IBID.**

fideles omnium operum pietatis ministra. Humilibus quidem est devota, et devotis devotius humiliatur: et mirum²¹ (91) ab omnibus magnificatur: cum (92) a Scribis et Phariseis ei detrahatur. Præterea multa (93) alia nobis referunt de eadem; tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere nec tibi referre. Sed, sicut nobis a fide dignis nar-

ratur, in Maria matre (94) Jesu, humanæ naturæ natura sanctitatis angelicæ sociatur. Et hæc talia excitaverunt viscera (95) nostra; et cogunt valde desiderare aspectum hujus [si fas sit fari²² (96)] cœlestis (97) prodigii, et sacratissimi (98) monstri (99). Tu autem diligenti modo disponas cum desiderio nostro (1), et valeas. Amen (2).

AD EUMDEM.

Joanni sancto seniori, suus (3) Ignatius.

Si licitum est mihi apud te, ad Hierosolymæ partes volo ascendere, et videre fideles (4) sanctos qui ibi sunt; præcipue Mariam matrem (5) Jesu, quam dicunt universis admirandam, et cunctis desiderabilem. Quem enim (6) non delectet videre eam et alloqui, quæ verum Deum de se (7) peperit, si nostræ sit fidei et religionis amicus? Similiter et

illum venerabilem Jacobum, qui cognominatur Justus; quem referunt Christo Jesu (8) simillimum facie (9), vita et modo conversationis, ac si ejusdem uteri frater esset gemellus. Quem dicunt si videro, video et ipsum (10) Jesum secundum omnia corporis ejus lineamenta. Præterea cæteros sanctos et sanctas. Heu, quid moror? quid detineor (!1)? Bone præceptor, properare me jubeas, et valeas (12). Amen (13).

AD S. MARIAM VIRGINEM.

MATREM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Christiferæ (14) Mariæ, suus Ignatius.

Me neophytum (15), Joannisque tui discipulum, confortare et consolari debueras. De Jesu enim tuo percepi mira (16) dictu, et stupefactus sum ex auditu. A te autem, quæ semper ei fuisti familiaris

et conjuncta (17), et secretorum ejus conscia, desidero ex animo (18) fieri certior de auditis. Scripsi tibi etiam alias (19), et rogavi de eisdem. Valeas; et Neophyti (20) qui mecum sunt, ex te et per te et in te confortentur. Amen (21).

²¹ *al.* mirum in modum. ²² *al.* est ita.

(91) *Mirum.* Ms. Lincoln. « mirum in modum. » USSEN.

(92) *Cum.* Id. ms. « cum tamen. » *IBID.*

(93) *Multa.* Id. ms. et edit. Paris. « multa nobis. » Ms. Magdal. « multa alia. » *IBID.*

(94) *Matre.* Habetur in edit. Halloixii et ms. Lincoln. Deest in aliis. *IBID.*

(95) *Viscera.* Ms. Lincoln. « corda. » Edit. Paris, perperam « in sancta. » *IBID.*

(96) *Si fas sit fari.* Ms. Lincoln. « si fas est ita fari. » *IBID.*

(97) *Cœlestis.* Deest in ms. Lincoln. et edit. Paris. *IBID.*

(98) *Sacratissimi.* In iisd. « sanctissimi. » *IBID.*

(99) *Monstri.* Edit. Colon. an. 1557 et Halloixii « spectaculi. » *IBID.*

(1) *Cum desiderio nostro.* *IBID.* « super desiderio nostro. » Ms. Lincoln. « cum desiderio meo. » *IBID.*

(2) *Amen.* Non habetur in ms. Lincoln. *IBID.*

(3) *Suus.* Non habetur in edit. Colon. ann. 1557 et P. Halloix. *IBID.*

(4) *Fideles.* Deest in ms. Lincoln., Cantabrig. et Montacutii. *IBID.*

(5) *Matrem.* Ita ms. Lincoln. Deest in reliquis. *IBID.*

(6) *Enim.* Edit. Paris. an. an. 1495 « vero. » *IBID.*

(7) *De se.* Edit. Paris. cum ms. Cantabrig. et Montacut. « deorum. » *IBID.*

(8) *Christo Jesu.* Ms. Cantabrig. et Montacut.

« Domino Christo. » *IBID.*

Facie. Deest in edit. Paris. *IBID.*

(10) *Et ipsum.* Conjunctio non habetur in edit. Paris. 1495, neque Colon. an. 1557, neque ms. Cantabrig. et Montacut. *IBID.*

(11) *Quid detineor?* Ita ms. Magdalen. et P. Halloix; reliqui: « cur detineor? » *IBID.*

(12) *Et valeas.* « In Christo, » additur in ms. Lincoln. *IBID.*

(13) *Amen.* Non habetur in edit. Colon. an. 1557. *IBID.*

(14) *Christiferæ.* Vid. Prolegomen. cap. 19. *IBID.*

(15) *Me neophytum.* Vid. Christoph. de Castro *Histor. Deiparæ,* cap. 23. *IBID.*

(16) *Mira.* Edit. Colon. an. 1557 et Bivarii, « innumera. » *IBID.*

(17) *Familiarit et conjuncta.* Conjunctio deest in edit. Colon. an. 1536 et 1557. In edit. Paris. an. 1495 et ms. Lincoln., Cantabrig. et Montacut. « familiarit conjuncta. » *IBID.*

(18) *Ex anima.* Ms. Cantabrig. et Montacut. « ex nunc » Bivarius (in *Dextri Chronic* an. 116) « omnino. » *IBID.*

(19) *Etiam alias.* Edit. Paris. « et etiam alias, » vel, « aliis; » ut in ms. Magdalen., Cantabrig., et Montacut. Vid. Prolegomen. *IBID.*

(20) *Neophyti.* Edit. Paris. « tui neophyti » *IBID.*

(21) *Amen.* Non habetur in ms. Magdalen. et Cantabrig. *IBID.*

BEATISSIMÆ VIRGINIS AD HANC EPISTOLAM RESPONSIO (22).

Ignatio dilecto condiscipulo (23), humilis ancilla Christi Jesu.

De Jesu quæ a Joanne audisti et didicisti, vera sunt. Illa credas, illis inhæreas; et Christianitatis (24) susceptæ votum firmiter (25) teneas, et

mores et vitam voto conformes (26). Veniam autem una cum Joanne, te et qui tecum sunt visere. *Sta in fide, et viriliter age*²³; nec te commoveat persecutionis austeritas; sed valeat et *exsulet spiritus tuus in Deo salutari tuo*²⁴. Amen.

S. IGNATHI ELOGIUM

Ipsius in sede Antiochena successori Heroni falso attributum (28).

*Laus Yronis*²⁴, in B. Ignatium, discipuli ejus et successoris, qui ei per revelationem fuerat ostensus, quod esset sessurus in cathedram ipsius.

Sacerdos et assertor²⁵ (29) sapientissimi Dei, Ignati immaculata stola indute, perenni fonte saturate,

cum angelis laudem canens, Primogeniti certe amice, a peccatis liberate, a diabolo separate, agonista constitutus in stadio veritatis; acquisisti pretiosam salutem; confudisti Trajanum, et senatum Romæ (30) prudentiam nunc non habentem; do-

²³ I Cor. xvi, 13. ²⁴ Luc. i, 47. ²⁴* al. *Hironis* l. s. tit. *Epist. ad Heron.* ²⁵ al. *assessor.*

(22) « An beata Virgo aliquid scripserit, non constat. Nam epistola quædam ad Ignatium quæ ejus nomine circumfertur incertæ auctoritatis est. Si constaret eam a B. Virgine scriptam, nemo, ut existimo, dubitaret quin inter canonicas Scripturas esset numeranda, » inquit Franciscus Suarez, in III, part. Thom. qu. 37, art. 4, disp. 20. Quanquam ego neminem prudentem dubitaturum existimaverim, privatas beatissimæ Virginis litterulas longe alio habendas fuisse loco, quam divinum ipsius hymnum in sacrum canonem relatum, Luc. i, 46, ex quo imposter postremam epistolæ hujus clausulam emendicavit; « et exsulet spiritus tuus in Deo salutari tuo; » sicut et ex Paulina Epistola, post obitum Virginis scripta, parænesim illam: *Sta in fide, et viriliter age* (I Corinthe. xvi, 13). Ut stupidum omnino esse oporteat, qui non in plumbea pot. us legenda (cui eam Jacobus Genuensis curavit inserendam) quam in aureo divinarum Scripturarum canone, epistolium istud collocandum esse dubitaverit. USSER.

(23) *Condiscipulo.* Ita ex prima editione et mss. codicibus exhibuimus; ubi vulgati libri legunt « discipulo. » Magdalen. codex habet « et condiscipulo. » **IBID.**

(24) *Christianitatis.* « Susceptæ, » additur in prima editione, anni 1495; pro quo in ms. Lincoln., Cantabrig. et Montacut. male legitur « ejus ceptæ. » **IBID.**

(25) *Firmiter.* Ms. Magdalen. « firmum. » **IBID.**

(26) *Conformes.* Edit. Paris. an 1495 et Colon. an 1557 « confirmes. » Ista vero locutio, « de moribus et vita voto confirmandis, » Magdeburgensibus historicis (centur. 1, lib. 1, c. 10) a Christi et apostolorum verbis videtur alienior. **IBID.**

(27) *Sta in fide, et viriliter age.* Ita legit P. Halloixius, qui has epistolas edidisse se dicit, « prout in veterissimis reperiuntur exemplaribus. » In aliis verborum ordo paululum habetur inversus in Antonino quidem (parte I *Chronic.* tit. 7, cap. 1, § 11) et prima editione Parisiensi an. 1495 cum mss. Magdalen. Lincoln. Cantabrig. et Montacut.: « Sta et viriliter age in fide; » in editione vero Colon. an. 1536 et 1557 et aliis: « Sta, et in fide viriliter age. » **IBID.**

(28) Ad calcem veteris vulgatæ Ignatii Epistolarum versionis adjectum habebatur hoc illius elogium: indeque ex Vaticano primum codice a Cæsare Baronio (ad annum Christi 110, § 9) et cum aliis tribus mss. collatum, Baliolensi, Magdalensi et Petaviano, nunc denuo a nobis editum. Ut et hujus elegii, et litterarum Mariæ Castabalitæ, et sex Græcarum epistolarum Ignatio affictarum, idem omnino artifex fuisse videatur; idemque interpres, qui secundæ interpolatæ Ignatianarum Epistolarum sylloges, ex tribus illis mss. multo quam antea integrior et correctior a nobis est hic exhibitus. Et in Petaviano quidem codice, post Epistolam ad Romanos, majusculis litteris apposita sunt ista: *Expliciunt Epistolæ sancti Ignatii martyris Antiochenis. Incipit laus, Hironis discipuli sui atque successoris, in eum; in Baliolensi vero, titulus hic, miniatis litteris descriptus, legebatur: Laus Yronis, in beatum Ignatium, discipuli ejus et successoris; qui ei per revelationem fuerat ostensus, quod esset sessurus in cathedram ipsius. Cujus Heronis dies natalitius, sive martyrii memoria, in Bedæ Martyrologio ad xvii, in Romano, Usuardi, Adonis, et Notkeri, ad xvi Kalend. Novembris, celebratur. **IBID.***

(29) *Assessor.* Ms. Petavian. « assessor. » **IBID.**

(30) *Confudisti Trajanum, et senatum Romæ.* Improbata illa Acta secutus fuisse videtur auctor, in quibus (contra historiam fidem) Ignatius Romæ ante martyrium proluxa disputatione cum Trajano et senatu concertavisse fingitur. Sic enim in iis legimus: *Παραγγινοντα: ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ προσήνεγκαν τῷ αὐτοκράτορι Τραιανῷ τὴν ἀφιξίν αὐτοῦ. Καὶ ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ εἰσαχθῆναι αὐτὸν, παρούσης τῆς συγκλήτου. « Pervenerunt ad urbem Romam: et nuntiaverunt imperatori de adventu ejus. Et jussit imperator adduci eum, præsentem senatum. » Tum longi sermones inter eos ibi habiti (cum tamen Trajanus longissime abesset, in partibus Orientis) et varia cruciatuum genera Ignatio imposita, commemorantur. Quæ fabula inde non in alia solum Latinorum Martyrologia est traducta, sed etiam in novissimum Romanum, in quo (ad Kalend. Februar.) Ignatius. « Romæ, præsentem Trajano, circumsedente senatu, immanissimis pœnarum sup-*